

MANUALE
PRECUM, FUNCTIONUM SACRARUM
AC BENEDICTIONUM

AD USUM

FRATRUM MINORUM CAPUCCINORUM

ACCOMODATUM



ROMAE

Ex Typographia Sallustiana

Via S. Nicola da Tolentino, 4

1901

PRAEFATIUNCULA

Preces sacrae ac functiones, ut
fratribus reddantur faciliores, simul
ac uniformitas obtineatur in Sacris pe-
ragendis quam maxima, in parvum
Manuale eorundem exaratum ad nor-
mam, stricte, Cæremonialis Ordinis
nostri, Ritualis Romani ceterorumque
Librorum authenticorum. Opusculum
tripartitum est ita, ut habeantur in
parte prima preces et orationes com-
munes, in secunda functiones sacrae,
tum in festis per annum observandae,
tum Ordini nostro propriae, ac demum
totum absolvatur cum Benedictionali
continente benedictiones maxime ne-
cessarias fratribus nostris. — Prae-
sens Manuale bene accommodatum erit
usui omnium provinciarum.


O. A. M. D. G.

L. Bernabes ab Antwerp
1711. Mi. Mi. Cap. 1.

THE BENTLEY

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs and is difficult to decipher due to its low contrast and the presence of ink splatters.





PARS I.

Preces et Orationes communes

LITANIAE

OMNIUM SANCTORUM.

Antiphona.



REminiscáris Domine delicta nostra, vel paréntum nostrórum: neque vindíctam sumas de peccátis nostris.

Kyrie, eléison.

Christe, eléison.

Kyrie, eléison.

Christe audi nos.

Christe exáudi nos.

Pater de coelis Deus, miserére nobis.

Fili, Redémptor mundi Deus, miserére.

Spiritus sancte Deus, miserere.

Sancta Trinitas, unus Deus, miserere nobis.

Sancta Maria, ora pro nobis.

Sancta Dei Génitrix, ora.

Sancta Virgo Vírginum, ora.

Sancte Míchael, ora.

Sancte Gábriel, ora.

Sancte Ráphael, ora.

Omnes Sancti Angeli et Archángeli,
oráte pro nobis.

Omnes sancti beatórum Spirítuum ordines,
oráte.

Sancte Joánnes Baptísta, ora.

Sancte Joseph, ora.

Omnes sancti Patriárchae et Prophétae,
oráte pro nobis.

Sancte Petre, ora.

Sancte Paule, ora.

Sancte Andréa, ora.

Sancte Jacóbe, ora.

Sancte Joánnes, ora.

Sancte Thoma, ora.

Sancte Jacóbe, ora.

Sancte Philíppe, ora.

Sancte Bartholomáee, ora.

Sancte Mattháee, ora.

Sancte Simon,	ora.
Sancte Thaddáee,	ora.
Sancte Mathía,	ora.
Sancte Bárnaba,	ora.
Sancte Luca,	ora.
Sancte Marce,	ora.
Omnes sancti Apóstoli et Evangelístae,	oráte pro nobis.
Omnes sancti Discípuli Domini,	oráte.
Omnes sancti Innocéntes,	oráte.
Sancte Stéphané,	ora.
Sancte Laurenti,	ora.
Sancte Vincénti,	ora.
Sancti Fabiáne et Sebastiáne,	oráte.
Sancti Joánnes et Paule,	oráte.
Sancti Cosma et Damiáne,	oráte.
Sancti Gervási et Protási,	oráte.
Omnes sancti Mártyres,	oráte.
Sancte Silvéster,	ora.
Sancte Gregóri,	ora.
Sancte Ambrósi,	ora.
Sancte Augustíne,	ora.
Sancte Hierónyme.	ora.
Sancte Martíne,	ora.
Sancte Nicoláe,	ora.
Omnes sancti Pontífices et Confessóres,	oráte pro nobis.

Omnes sancti Doctóres,	oráte.
Sancte Antóni,	ora.
Sancte Benedicte,	ora.
Sancte Bernárde,	ora.
Sancte Domínice,	ora.
Sancte Francísce,	ora.
Omnes sancti Sacerdótes et Iuvénitæ,	oráte.
Omnes sancti Mónachi et Eremítæ,	oráte.
Sancta María Magdaléna,	ora.
Sancta Agatha,	ora.
Sancta Lúcia,	ora.
Sancta Agnes,	ora.
Sancta Caecília,	ora.
Sancta Catharína,	ora.
Sancta Anastásia,	ora.
Omnes sanctæ Vírgines et Víduæ,	oráte.
Omnes Sancti et Sanctæ Dei,	intercédite pro nobis.
Propítius esto,	parce nobis Dómine.
Propítius esto,	exáudi nos Dómine.
Ab omni malo,	líbera nos Dómine.
Ab omni peccato,	líbera.
Ab ira tua,	líbera.
A subitánea et improvisa morte,	líbera.
Ab insídiis diaboli,	líbera.
Ab ira, odio, et omni mala volúntate,	líbera.

A spírítu fornicatiónis, líbera.
A fúlguře et tempestáte, líbera.
A flagéllu terraemótu, líbera.
A peste, fame et bello, líbera.
A morte perpétua, líbera.
Per mystérium sanctae incarnatiónis tuae, líbera.
Per advéntum tuum, líbera.
Per nativitatē tuam, líbera.
Per baptísmum et sanctum jejúnium tuum, líbera.
Per crucem et passióem tuam, líbera.
Per mortem et sepultúram tuam, líbera.
Per sanctam resurrectiόem tuam, líbera.
Per admirábilem ascensiόem tuam, líbera.
Per advéntum Spírítus sancti Parácliti, líbera.
In die júdicii, líbera.
Peccatóres, . te rogámus, audi nos.
Ut nobis parcas, te rogámus.
Ut nobis indulgeas, te rogámus.
Ut ad veram poeniténtiam nos perdúcere dignéris, te rogámus.
Ut Ecclesiám tuam sanctam régere et conserváre dignéris, te rogámus.
Ut dominum Apostólicum et omnes Ecclesiásticos órdenes in sancta religióe

conservare digneris, te rogamus.

Ut inimicos sanctae Ecclesiae humiliare
digneris, te rogamus.

Ut regibus et principibus christianis pacem
et veram concordiam donare digneris,
te rogamus.

Ut cuncto populo christiano pacem et
unitatem largiri digneris, te rogamus.

Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio con-
fortare et conservare digneris, te rogamus.

Ut mentes nostras ad coelestia desideria
erigas, te rogamus.

Ut omnibus benefactoribus nostris sempi-
terna bona retribuas, te rogamus.

Ut animas nostras, fratrum, propinquorum
et benefactorum nostrorum ab aeterna
damnatione eripias, te rogamus.

Ut fructus terrae dare et conservare di-
gneris, te rogamus.

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem
aeternam donare digneris, te rogamus.

Ut nos exaudire digneris, te rogamus.

Fili Dei, te rogamus.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
miserere nobis.

Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Kyrie, eleison.

Christe, eleison.

Kyrie, eleison.

Pater noster, **secreto.**

✠. Et ne nos inducas in tentationem.

✠. Sed libera nos a malo.

PSALMUS 69.

DEUS in adiutorium meum intende:
* Domine ad adiuvandum me festina.

Confundantur et revereantur, * qui quaerunt animam meam.

Avertantur retrorsum, et erubescant,
qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent et laetentur in te omnes qui quaerunt te, * et dicant semper: Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego vero egenus, et pauper sum, * Deus adjuva me.

Adjutor meus et liberator meus es tu:

* Dómine ne moreris.

Glória Patri. Sicut erat.

Ŷ. Salvos fac servos tuos.

℞. Deus meus sperantes in te.

Ŷ. Esto nobis, Dómine, turris fortitudinis.

℞. A facie inimíci.

Ŷ. Nihil proficiat inimícus in nobis.

℞. Et filius iniquitátis non appónat nocere nobis.

Ŷ. Domine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis.

℞. Neque secúndum iniquitátes nostras retribuas nobis.

Ŷ. Orémus pro Pontífice nostro N.

℞. Dóminus cónservet eum, et vivíficet eum et beátum fáciat eum in terra, et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Ŷ. Oremus pro benefactoribus nostris.

℞. Retribuere dignáre Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum vitam aetérnam, Amen.

Ŷ. Orémus pro fidélibus defúctis.

℞. Réquiem aetérnam dona eis Dómine: et lux perpétua luceat eis.

Ŷ. Requiescant in pace. ℞. Amen.

- ℣. Pro fratribus nostris absentibus.
℞. Salvos fac servos tuos, Deus meus,
sperantes in te.
℣. Mitte eis Dómine auxílium de Sancto.
℞. Et de Sion tuere eos.
℣. Dómine exáudi orationem meam.
℞. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℞. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DEUS, cui proprium est misereri semper et parcere: suscipe deprecationem nostram, ut nos et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuae pietatis clementer absolvat.

Exaudi, quaesumus, Dómine, supplicum preces, et confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem.

Ineffabilem nobis, Dómine, misericordiam tuam clementer ostende, ut simul nos et a peccatis omnibus exuas, et a poenis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpa offenderis, poenitentia

placáris: preces pópuli tui supplicántis propítius réspice: et flagélla tuae iracúndiae, quae pro peccátis nostris manemur, avérte.

Omnípotens sempiterné Deus, miserére fámulo tuo Pontífici nostro, et dirige eum secúndum tuam cleméntiam in viam salútis aetérnae: ut te donante tibi plácita cúpiat, et tota virtute perfíciat.

Deus, a quo sancta desidéria, recta consília, et iusta sunt ópera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem, ut et corda nostra mandátis tuis dedita et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla.

Ure igne sancti Spíritus renes nostros, et cor nostrum Dómine, ut tibi casto córpore serviámus, et mundo corde placeámus.

Fidélium Deus ómnium Cónditor et Redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissionem cunctórum tríbue peccatórum: ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatióibus consequántur.

Actiões nostras, quaesumus Dómine, aspirádo praéveni, et adiuvádo proséquere: ut cuncta nostra orátio et operátio

a te semper incípiat, et per te coepta finiátur.

Omnípotens, sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul et mortuórum, omniumque miseris, quos tuos fide et ópere futúros esse praeuóscis: te súpplices exorámus, ut pro quibus effúndere preces decreuimus, quosque vel praesens saeculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum iam exútos córpore suscepit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis pietátis tuae cleméntia, omnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

ꝫ. Dóminus vobíscum.

ꝫ. Et cum spírítu tuo.

ꝫ. Exáudiat nos omnípotens et misericors Dóminus.

ꝫ. Amen.

ꝫ. Et fidélium ánimae per misericórdiam Dei requiescant in pace.

ꝫ. Amen.

LITANIAE

SANCTISSIMI NOMINIS JESU

KYRIE, eléison.

Christe, eléison.

Kyrie, eléison.

Jesu, audi nos.

Jesu, exáudi nos.

Pater de caelis Deus, miserére nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, miserére nobis.

Spiritus sancte Deus, miserére nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, miserére nobis.

Jesu, Fili Dei vivi, miserére nobis.

Jesu, splendor Patris, miserére nobis.

Jesu, candor lucis aetérnae, miserére nobis.

Jesu, rex glóriae, miserére nobis.

Jesu, sol justitiae, miserére nobis.

Jesu, Fili Maríae Vírginis, miserére nobis.

Jesu amábilis, miserére nobis.

Jesu admirábilis, miserére nobis.

Jesu, Deus fórtis, miserére nobis.

Jesu, Pater futúri saéculi, miserére nobis.

Jesu, magni consílii Angele, miserére nobis.

Jesu potentissime,	miserere nobis.
Jesu patientissime,	miserere nobis.
Jesu obediensissime,	miserere nobis.
Jesu, mitis et humilis corde,	miserere nobis.
Jesu, amator castitatis,	miserere nobis.
Jesu, amator noster,	miserere nobis.
Jesu, Deus pacis,	miserere nobis.
Jesu, auctor vitae,	miserere nobis.
Jesu, exemplar virtutum,	miserere nobis.
Jesu, zelator animarum,	miserere nobis.
Jesu, Deus noster,	miserere nobis.
Jesu, refugium nostrum,	miserere nobis.
Jesu, pater pauperum,	miserere nobis.
Jesu, thesaure fidelium,	miserere nobis.
Jesu, bone pastor,	miserere nobis.
Jesu, lux vera,	miserere nobis.
Jesu, sapientia aeterna,	miserere nobis.
Jesu, bonitas infinita,	miserere nobis.
Jesu, via et vita nostra,	miserere nobis.
Jesu, gaudium Angelorum,	miserere nobis.
Jesu, rex Patriarcharum,	miserere nobis.
Jesu, illuminator Prophetarum,	miserere nobis.
Jesu, magister Apostolorum,	miserere nobis.
Jesu, doctor Evangelistarum,	miserere nobis.
Jesu, fortitudo Martyrum,	miserere nobis.

Jesu, lumen Confessorum, miserere nobis.

Jesu, puritas Virginum, miserere nobis.

Jesu, corona Sanctorum omnium,
miserere nobis.

Propitius esto, parce nobis, Jesu.

Propitius esto, exaudi nos, Jesu.

Ab omni malo, libera nos, Jesu.

Ab omni peccato, libera nos, Jesu.

Ab ira tua, libera nos, Jesu.

Ab insidiis diaboli, libera nos, Jesu.

A spiritu fornicationis, libera nos, Jesu.

A morte perpetua, libera nos, Jesu.

A neglectu inspirationum tuarum,
libera nos, Jesu.

Per mysterium sanctae incarnationis tuae,
libera nos, Jesu.

Per nativitatem tuam, libera nos, Jesu.

Per infantiam tuam, libera nos, Jesu.

Per divinissimam vitam tuam,
libera nos, Jesu.

Per labores tuos, libera nos, Jesu.

Per agoniam et passionem tuam,
libera nos, Jesu.

Per crucem et derelictionem tuam,
libera nos, Jesu.

Per languores tuos, libera nos, Jesu.

Per mortem et sepulturam tuam,
libera nos, Jesu.

Per resurrectionem tuam, libera nos, Jesu.

Per ascensionem tuam, libera nos, Jesu.

Per gaudium tuum, libera nos, Jesu.

Per gloriam tuam, libera nos, Jesu.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
parce nobis, Jesu.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
exaudi nos, Jesu.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
misere nobis, Jesu.

Jesu, audi nos.

Jesu, exaudi nos.

OREMUS.

DOMINE Jesu Christi dixisti: Petite, et accipietis; quaerite, et invenientis; pulsate, et aperietur vobis: quaesumus, da nobis petentibus divinissimi tui amoris affectum, ut te toto corde, ore et opere diligamus et a tua nunquam laude cessemus.

Sancti Nominis tui, Domine, timorem pariter et amorem fac nos, habere perpetuum, quia nunquam tua gubernatione destituis, quos in soliditate tuae dilectionis instituis. Qui vivis et regnas.

LITANIAE

DE SACRO CORDE JESU.

KYRIE, eléison.

Christe, eléison.

Kyrie, eléison.

Christe, audi nos.

Christe, exáudi nos.

Pater de coelis Deus, miserére nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, miserére nobis.

Spíritus sancte Deus, miserére nobis.

Sancta Trínitas unus Deus, miserére nobis.

Cor Jesu, Fili Patris aetérni, miserére nobis.

Cor Jesu, in sinu Vírginis Matris a Spíritu
sancto formátum, miserére nobis.

Cor Jesu, Verbo Dei substantiáliter unítum,

miserére nobis.

Cor Jesu, Majestátis infinitae, miserére nobis.

Cor Jesu, templum Dei sanctum,

miserére nobis.

Cor Jesu, tabernáculum Altíssimi,

miserére nobis.

Cor Jesu, domus Dei et porta coeli,

miserére nobis.

- Cor Jesu, fornax ardens charitátis,
miserére nobis.
- Cor Jesu, justítiae et amóris receptáculum,
miserére nobis.
- Cor Jesu, bonitáte et amóre plénium,
miserére nobis.
- Cor Jesu, virtútum omnium abyssus,
miserére nobis.
- Cor Jesu, omni laude digníssimum,
miserére nobis.
- Cor Jesu, rex et centrum omnium córdium,
miserére nobis.
- Cor Jesu, in quo sunt omnes thesáuri sapientiae et sciéntiae,
miserére nobis.
- Cor Jesu, in quo hábitat omnis plenitúdo divinitátis,
miserére nobis.
- Cor Jesu, in quo Pater bene sibi complácuit,
miserére nobis.
- Cor Jesu, de cujus plenitúdine omnes nos accévimus,
miserére nobis.
- Cor Jesu, desidérium collium aeternórum,
miserére nobis.
- Cor Jesu, patiens et multae misericórdiae,
miserére nobis.
- Cor Jesu, dives in omnes qui ínvocant te,
miserére nobis.

- Cor Jesu, fons vitae et sanctitátis,
miserére nobis.
- Cor Jesu, propitiátio pro peccátis nostris,
miserére nobis.
- Cor Jesu, saturátum opprobriis,
miserére nobis.
- Cor Jesu, attrítum propter scélera nostra,
miserére nobis.
- Cor Jesu, usque ad mortem obédiens factum,
miserére nobis.
- Cor Jesu, láncea perforátum,
miserére nobis.
- Cor Jesu, fons totíus consolatiónis,
miserére nobis.
- Cor Jesu, vita et resurréctio nostra,
miserére nobis.
- Cor Jesu, pax et reconciliátio nostra,
miserére nobis.
- Cor Jesu, victima peccatórum,
miserére nobis.
- Cor Jesu, salus in te sperántium,
miserére nobis.
- Cor Jesu, spes in te moriéntium,
miserére nobis.
- Cor Jesu, delíciae Sanctórum ómnium,
miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
parce nobis, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
exáudi nos, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
miserére nobis.

R. Jesu, mitis et húmilis corde.

R. Fac cor nostrum secúndum Cor tuum.

OREMUS.

OMNIPOTENS, sempitérne Deus, respice
in cor dilectíssimi Fílii tui, et in
laudes et satisfactiónes, quas in nómine
peccatórum tibi persólvit, iisque misericór-
diam tuam peténtibus, tu veniam concéde
placátus, in nómine ejúsdem Fílii tui Jesu
Christi, qui tecum vivit et regnat in uni-
táte Spíritus sánci Deus, per omnia saé-
cula saeculórum. Amen.

LITANIAE LAURETANAE.

KYRIE, eléison.
Christe, eléison.
Kyrie, eléison.
Christe, audi nos.
Christe, exáudi nos.
Páter de coelis Deus, miserére nobis.
Fili, Redemptor mundi Deus, miserére nobis.
Spíritus sancte Deus, miserére nobis.
Sancta Trínitas unus Deus, miserére nobis.
Sancta María, ora pro nobis.
Sancta Dei Génitrix, ora.
Sancta Virgo Vírginum, ora.
Mater ~~QUISTI~~, ora.
Mater divínae grátiae, ora.
Mater puríssima, ora.
Mater castíssima, ora.
Mater invioláta, ora.
Mater intemeráta, ora.
Mater amábilis, ora.
Mater admirábilis, ora.
Mater Creatóris, ora.

Mater Salvatoris,	ora.
Virgo prudentissima,	ora.
Virgo veneranda,	ora.
Virgo praedicanda,	ora.
Virgo potens,	ora.
Virgo clemens,	ora.
Virgo fidelis,	ora.
Spéculum iustitiae,	ora.
Sedes sapientiae,	ora.
Causa nostrae laetitiae,	ora.
Vas spirituale,	ora.
Vas honorabile,	ora.
Vas insigne devotionis,	ora.
Rosa mystica,	ora.
Turris davidica,	ora.
Turris eburnea,	ora.
Domus aurea,	ora.
Foederis arca,	ora.
Jánua coeli,	ora.
Stella matutina,	ora.
Salus infirmorum,	ora.
Refúgium peccatorum,	ora.
Consolatrix afflictorum,	ora.
Auxílium Christianorum,	ora.
Regína Angelorum,	ora.
Regína Patriarcharum,	ora.

Regína Prophetárum,	ora.
Regína Apostolorum,	ora.
Regína Mártyrum,	ora.
Regína Confessorum,	ora.
Regína Vírginum,	ora.
Regína Sanctorum ómnium,	ora.
Regína sine labe origináli concépta,	ora.
Regína sacratissimi Rosárii,	ora.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, parce nobis, Dómine.	
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, exáudi nos, Dómine.	
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis.	

Sub tuum praesídium confúgimus, sancta
Dei Génitrix, nostras deprecationes ne de-
spicias in necessitatibus, sed a periculis cun-
ctis libera nos semper, Virgo gloriósa et
benedícta.

¶. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.

℞. Ut digni efficiámur promissionibus
Christi.

OREMUS.

GRATIAM tuam quaesumus, Dómine,
mentibus nostris infunde, An-

gelo nuntiánte Christi Fílii tui incarnationem cognóvimus, per passionem eius et crucem ad resurrectionis glóriam perducámur. Per Christum Dóminum nostrum.

AD ASPERSIONEM AQUAE
BENEDICTAE

IN DOMINICIS ANTE MISSAM

Antiphona.

ASPERGES me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Psalm. 50. Misere mei, Deus, secúndum magnam misericordiam tuam. Glória Patri.

Deinde repetitur Antiph. Aspérges me.

In Dominica de Passione et in Dominica Palmarum non dicitur Glória Patri.

(Tempore paschali).

Ant. Vidi aquam egrediéntem de templo a látere dextro, allelúja: et omnes, ad quos

pervénit aqua ista, salvi facti sunt, et dicent, allelúja, allelúja.

Psalm. 117. Confitémini Dómino, quóniam bonus, quóniam in saeculum misericórdia eius. Glória Patri. **Repetitur Antiph.** Vidi aquam.

Ÿ. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam (: Allelúja :)

R. Et salutáre tuum da nobis (: Allelúja :)

Ÿ. Dómine exáudi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

OREMUS.

EXAUDI nos, Dómine sancte, Pater omnipotens, aetérne Deus, et mittere dignéris sanctum Angelum tuum de coelis, qui custódiat, sóveat, prótegat, visitet atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

IN EXPOSITIONIBUS SS. SACRAMENTI

PER ANNUM FIERI SOLITIS

Exposito SS. Sacramento canitur :

• HYMNUS.

TANTUM ergo Sacraméntum,
Venerémur cernui:
Et antiquum documentum
Novo cedat rítui:
Praestet fides supplementum
Sénsuum deféctui.

Genitóri, Genitóque,
Laus et jubilátio:
Salus, honor, virtus quoque
Sit et benedíctio:
Procedenti ab utróque
Compar sit laudátio. Amen.

- ✠. Panem de coelo praestitísti eis.
- ✠. Omne delectaméntum in se habéntem.

Temp. paschali, in Festo et Oct. Corp.
Chr. add. Allelúja.

OREMUS.

DEUS, qui nobis sub Sacraménto mirá-
bili, passiónis tuæ memóriam reliquí-
sti: tríbue, quaésumus; ita nos Córporis et
Sánguinis tui sacra mystéria venerári, ut
redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter
sentiamus. Qui vivis, et regnas in saécula
saeculórum. *R.* Amen.

Infra repositionem a Choro cantari poterit.

PSALMUS 116.

LAUDATE Dóminum omnes gentes, * lau-
dáte eum omnes pópuli.

Quoniam confirmáta est super nos mise-
ricórdia eius, * et veritas Dómini manet in
aetérnum.

Glória Patri. Sicut erat.

IN SOLEMNI GRATIARUM ACTIONE

TE Deum laudámus. * te Dóminum confitémur.

Te aeternum Pátrem: * omnis terra venerátur.

Tibi omnes Angeli: * tibi coeli et universae potestátes.

Tibi Chérubin et Séraphin, * incessábili voce proclámant:

Sanctus, Sanctus, Sanctus, * Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt coeli et terra, * majestátis glóriæ tuæ.

Te glóriosus * Apostolorum Chorus,

Te Prophetarum * laudábilis número,

Te Mártyrum candidátus * laudat exercitus.

Te per orbem terrarum * sancta confitétur Ecclésia,

Patrem * imménsæ majestátis,

Venerándum tuum verum * et únicum Fílium,

Sanctum quoque * Paráclitum Spíritum.

Tu Rex glóriæ * Christe.

Tu Patris * sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem, * non horruisti Virginis uterum.

Tu devicto mortis aculeo: * aperuisti credentibus regna coelorum.

Tu ad dexteram Dei sedes; * in gloria Patris.

Judex * crederis esse venturus.

Te ergo quaesumus, tuis famulis subveni, * quos pretioso sanguine redemisti.

Aeterna fac cum Sanctis tuis: * in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum, Domine, * et benedic hereditati tuae.

Et rege eos: * et extolle illos usque in aeternum.

Per singulos dies * benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in saeculum, * et in saeculum saeculi.

Dignare Domine die isto, * sine peccato nos custodire.

Miserere nostri Domine, * miserere nostri.

Fiat misericordia tua Domine super nos: * quemadmodum speravimus in te.

In te Domine speravi, * non confundar in aeternum.

Postea cantantur sequentes Versiculi cum
Oratione.

Ÿ. Benedicámus Patrem et Fílium, * cum
sancto Spíritu.

Ÿ. Laudémus et superexaltémus eum, *
in saécula.

Ÿ. Dómine exáudi orationem meam.

Ÿ. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

Ÿ. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DEUS, cujus misericórdiae non est núme-
rus, et bonitátis infínitus est thesáurus:
piússimae majestáti tuae pro collátis donis
grátias ágimus, tuam semper cleméntiam
exorántes; ut qui petentibus postuláta con-
cedis, eósdem non deserens, ad praémia
futúra dispónas. Per Christum Dóminum
nostrum.

Ÿ. Amen.

ABSOLUTIO GENERALIS

PRO REGULARIBUS.

Antiphona: Ne reminiscáris, Dómine, delicta nostra, vel paréntum nostrórum: neque vindíctam sumas de peccátis nostris.

Kyrie, eléison.

Christe, eléison.

Kyrie, eléison.

Pater noster, **secreto.**

✠. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos a malo.

✠. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam.

℞. Et salutáre tuum da nobis.

✠. Dómine exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

✠. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DEUS cui próprium est miseréri semper et párcere, súscipe deprecatióem nostram: ut nos et omnes fámulos tuos, quos

delictórum caténa constringit, miserátio tuae pietátis cleménte absólvat.

Exáudi, quaesumus, Dómine, súpplicum preces, et confiténtium tibi parce peccátis: ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas, benígnus, et pacem.

Ineffáblem nobis Dómine misericórdiam tuam cleménte osténde: ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas, et a poenis, quas pro his merémur, erípias.

Deus, qui culpa offénderis, poeniténtia placáris: preces pópuli tui supplicántis propítius réspice; et flagélla tuae iracúndiae, quae pro peccátis nostris merémur avérte. Per Christum Dóminum nostrum.

¶ Amen.

A fratribus dicitur Confíteor. **Dein Superior, stola alba, vel coloris diei currentis indutus, dicit Miseréatur vestri. Indulgéntiam, absolutionem. Postea subjungit:**

DOMINUS noster Jesus Christus per mérita suae sacratíssimae passiónis vos absólvat et gratiam vobis infúndat, et ego auctoritáte ipsíus ac beatórum Apostolórum Petri et Páuli et summórum Pontíficum Or-

dini nostro ac vobis concessa et mihi in hac parte commissa, absolvo vos ab omni vínculo excommunicationis majoris vel minoris, suspensionis et interdicti, si quod forte incurristis, et restituo vos unioni et participationi fidelium, necnon sacrosanctis Ecclesiae sacramentis. Item eadem auctoritate vos absolvo ab omni transgressione votorum et regulae, constitutionum, ordinationum et admonitionum majorum nostrorum, ab omnibus poenitentis oblitis seu etiam neglectis, concedens vobis remissionem omnium peccatorum, quibus contra Deum et proximum fragilitate humana, ignorantia, vel malitia deliquistis, ac de quibus jam confessi estis.

In Nomine Patris † et Filii, et Spiritus sancti

R. Amen.

BENEDICTIO

PRO TERTIARIIS SAECULARIBUS.

Antiphona. Intret oratio mea in conspectu tuo, Dómine; inclína aurem tuam ad precem meam; parce, Dómine, parce pópulo tuo, quem redimísti sángine tuo pretiósó, ne in aetérnum irascáris nobis.

Kyrie, eléison.

Christe, eléison.

Kyrie, eléison. Pater noster, **secreto.**

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatióne.

Ŗ. Sed líbera nos a malo.

Ÿ. Salvos fac servos tuos.

Ŗ. Deus meus, sperántes in te.

Ÿ. Mitte eis, Dómine, auxiliúm de Sancto.

Ŗ. Et de Sion tuere eos.

Ÿ. Esto eis, Dómine, turris fortitúdinis.

Ŗ. A facie inimíci.

Ÿ. Nihil proficiat inimícus in nobis.

Ŗ. Et filius iniquitátis non appónat nocére nobis.

Ÿ. Dómine exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, cui proprium est misereri semper et parcere, suscipe deprecationem nostram, ut nos et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuae pietatis clementer absolvat.

Exaudi, quaesumus, Domine, supplicum preces, et confitentium tibi parce peccatis, ut pariter nobis indulgentiam tribuas, benignus, et pacem.

Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos et a peccatis omnibus exuas, et a poenis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice, et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, averte. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Dicto deinde Confiteor etc. Misereatur etc.

Indulgéntiam etc. Sacerdos, stola alba, vel diei currentis indutus prosequitur:

Dóminus noster Jesus Christus, qui beáto Petro Apóstolo dedit potestátem ligándi atque solvéndi, ille vos absólvat ab omni vínculo delictórum, ut habeátis vitam aetérnam, et vivátis in saécula saeculórum.

R. Amen.

Per sacratíssimam passiónem et mortem Dómini nostri Jesu Christi, précibus et méritis beatíssimae semper Vírginis Maríae, beatórum Apostolórum Petri et Pauli, beati P. N. Francísci et ómnium Sanctórum, a Summis Pontificibus mihi commissa, plenáriam indulgéntiam ómnium peccatórum vestrórum vobis impértior. In nómine Patris, † et Fílii et Spíritus sancti.

R. Amen.

ORATIO PPAE URBANI VIII.

ANTE óculos tuos, Dómine, culpas nostras
fêrimus, et plagas quas accépimus,
confêrimus.

Si pensámus malum quod fêcimus, mi-
nus est quod pátimur, majus est quod me-
rémur.

Grávius est quod commísimus, lévius
est quod tolerámus.

Peccáti poenam sentímus, et peccánda per-
tináciam non vitámus.

In flagéllis tuis infírmitas nostra téri-
tur, et iníquitas non mutátur.

Mens aegra torquétur, et cervix non
fléctitur.

Vita in dolóre suspírat, et in ópere non
se eméndat.

Si exspéctas, non corrígimur, si vindi-
cas, non durámus.

Confitémur in correctiône, quod égimus:
oblivíscimur post visitatióem, quod flé-
vimus.

Si exténderis manum, faciéndam promítti-

mus: si suspēderis gládium, promíssa non sólvimus.

Si férias, clamámus, ut parcas: si pepéris, íterum provocámus, ut férias.

Habes, Dómine, confiténtes reos: nóvumus, quod nisi dimíttas, recte nos périmas.

Praesta, Pater omnípotens, sine mérito quod rogámus, qui fecisti ex níhilo, qui te rogárent. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Ꝙ. Gregem tuum Pastor aetérne non déseras.

Ꝙ. Sed per beátos Apóstolos tuos perpétua defensióne custódias.

Ꝙ. Prótege Dómine pópulum tuum ad te clamántem et Apostolorum tuórum patrocínio confidéntem.

Ꝙ. Perpétua defensióne custódias.

Ꝙ. Oráte pro nobis, sancti Apóstoli Dei.

Ꝙ. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

OREMUS.

PRAESTA quaesumus omnípotens Deus; ut nullis nos permíttas perturbatió-

nibus cóncuti, quos in Apostólicae confes-
siónis petra solidásti. Per Dóminum no-
strum. *R.* Amen.

Implóret clementíssime Dómine, nostris
opportúnam necessitatibus opem devóte a
nobis proláta meditatio, qua sanctus olim
Joánes Chrysóstomus, in hac basílica cón-
ditus, te cum beatíssimis Apóstolis Petro
et Paulo repraesentávit sic colloquéntem:
circumdáte hanc novam Sion, et circum-
valláte eam: hoc est, custodíte, muníte,
précibus firmáte: ut, quando iráscor in
témptore, et orbem terrae concútio, aspí-
ciens sepúlchrum vestrum numquam desi-
túrum, et quae libénter propter me gé-
ritis stígmata, iram misericórdia vincam,
et ob hanc percípiam vestram intercessió-
nem. Etenim quando sacerdotium et re-
gnum video lachrymári, statim quasi com-
pátiens ad commiserationem flectór et illius
meae vocis reminíscor; protégam Urbem
hanc propter David servum meum, et Aa-
ron sanctum meum, Dómine, fiat, fiat:
Amen, Amen.

ANTIPHONA ET ORATIO
CONTRA LUEM CONTAGIOSAM.

Antiphona.

STELLA coeli extirpávit, quae lactávit
Dóminum,

Mortis pestem, quam plantávit primus
parens hóminum.

Ipsa stella nunc dignétur sídera compéscere,
Quorum bella plebem caedunt dirae mortis
úlcere.

O piíssima stella maris, a peste succúrre
nobis.

Audi nos Dómina, nam Fílius tuus nihil
negans te honórat.

Salva nos Jesu, pro quibus Virgo mater
te orat.

V. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.

R. Ut digni efficiámur promissionibus
Christi.

OREMUS.

DEUS misericórdiae, Deus pietátis, Deus indulgéntiae, qui misértus es super afflictiónem pópuli tui, et dixísti Angelo percutiénti pópulum tuum, cónfine manum tuam: ob amórem illíus stellæ gloriósae, cujus úbera pretiósá cóntra venénium nostrórum delictórum quam dúlciter suxísti, praesta auxiliúm grátiae tuae; ut ab omni peste et improvísá morte secúre liberémur, et a totíus perditiónis incúrsu misericórditer salvémur. Per te, Jesu Christe, Rex glóriæ: Qui vivis et regnas in saécula saeculórum.

R. Amen.

AD S. ROCHUM
CONTRA LUEM CONTAGIOSAM.

Antiphona.

AVE Roche sanctíssime,
Nóbili natus ságuine,
Crucis signáris schémate
Sinístro tuo látere.

Roche, péregre proféctus
Pestíferae mortis ictus
Curavísti mirífice
Tangéndo salutífere.

Vale Roche angélice:
Vocis citátus flámine
Obtinuísti deífice
A cunctis pestem péllere.

Ÿ. Ora pro nobis, beáte Roche.

℞. Ut digni efficiámur promissionibus
Christi.

OREMUS.

DEUS, qui beáto Rocho per Angelum
tuum tábulam eídem afferéntem promi-

sísti, ut qui ipsum invocáverit, a nullo pestis
cruciátu laederétur: praesta quaésumus, ut
qui eius memóriam ágimus, ipsíus méritis
a mortífera peste córporis et ánimaé libe-
rémur. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.



PARS II.

Functiones sacrae

I. FUNCTIONES SACRAE IN ALIQUIBUS FESTIS PER ANNUM OBSERVANDAE.

IN PURIFICATIONE B. M. V. **Ad Processionem.**

Benedictio ac distributio candelarum ut in Missali. — Completa oratione ultima, Celebrans vertit se ad populum et intonat alta voce: Procedámus in pace! Responso a Choro: In nómine Christi, Amen, vel ipse Celebrans vel duo cantores intonant Antiphonam Adórna etc. alternatim proseguendo per versiculos.

Antiphona.

ADORNA thálamum tuum Sion: et súscipe Regem Christum.

Ampléctere Mariám: quae est coeléstis porta.

Ipsa enim portat Regem glóriæ: novi lúminis.

Subsístit Virgo, addúcens mánibus Fílium ante lucíferum génitum.

Quem accípiens Símeon in ulnas suas, praedicávit pópulis: Dóminum eum esse vitæ et mortis et Salvatórem mundi.

Alia Antiph. Luc. 2. Respónsum accépit Símeon a Spírítu sancto: non visúrum se mortem nisi vidéret Christum Dómini.

Et cum indúcerent púerum in templum: accépit eum in ulnas suas, et benedixit Deum et dixit:

Nunc dimíttis servum tuum Dómine: secúndum verbum tuum in pace.

℣. Cum indúcerent púerum Jesum parentes eius, ut fácerent secúndum consuetúdinem legis pro eo: ipse accépit eum in ulnas suas.

Ingrediendo ecclesiam, vel, si intra ecclesiam fit processio, ad cancellos, cantatur:

✠. Obtúlerunt pro eo Dómino par túr-
turum: aut duos pullos columbárum.

Sicut scriptum est: in lege Dómini.

✠. Postquam impléti sunt dies purga-
tiónis Mariæ: secúndum legem Moysi.

Túlerunt Jesum in Jerúsalem: ut síste-
rent eum Dómino.

Sicut scriptum est: in lege Dómini.

✠. Gloria Patri et Fílio et Spirítui sancto.

Sicut scriptum est: in lege Dómini.

In Missa de festo fratres tenent can-
delas accensas ad evangelium, et ab ele-
vatione usque ad communionem inclusive.

IN DOMINICA PALMARUM.

Ad Processionem.

Benedictio ac distributio palmarum ut
in Missali. Finita ultima oratione Celebrans,
tenens palmam in manibus, vertit se ad
populum dicens: Procedámus in pace;
Chorus respondit: In nómine Christi. Amen!
Dein Celebrans inchoat alta voce Anti-
phonam: Cum appropinquáret etc. alter-

natim recitans cum Choro, dum fit processio.

Antiphona.

CUM appropinquáret Dóminus Jerosólimam: misit duos ex discipulis suis, dicens: Ite in castéllum, quod contra vos est: et inveniétis pullum ásinæ alligátum, super quem nullus hóminum sedit.

Sólvite: et addúcite mihi.

Si quis vos interrogáverit, dícite: opus Dómino est.

Solvéntes addúxerunt ad Jesum: et imposúerunt illi vestiménta sua, et sedit super eam.

Alii expandébant vestiménta sua in via: alii ramos de arbóribus sternébant.

Et qui sequebántur clamábant: Hosánna, benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Benedíctum regnum Patris nōstri David: Hosánna in excélsis, miserére nobis, fili David.

Alia Antiph. Cum audísset pópulus, quia Jesus venit Jerosólimam: accéperunt ramos palmárum.

Et exíerunt óbviám ei: et clamábant púeri dicéntes:

Hic est: qui ventúrus est in salútem pópuli.

Hic est salus nostra: et redemptio Israël.

Quantus est iste: cui Throni et Dominationes occurrunt.

Noli timere, filia Sion, ecce Rex tuus venit tibi, sedens super pullum asinae sicut scriptum est.

Salve Rex fabricator mundi: qui venisti redimere nos.

Alia Antiph. Ante dies sex sollemnis Paschae: quando venit Dominus in civitatem Jerúsalem.

Occurrerunt pueri: et in manibus portabant ramos palmárum.

Et clamabant voce magna, dicentes: Hosánna in excelsis.

Benedictus qui venisti in multitudine misericordiae tuae: Hosánna in excelsis.

Alia Antiph. Occurrerunt turbae cum floribus et palmis Redemptori obviam: et victori triumphanti digna dant obsequia.

Filium Dei ore gentes praedicant: et in laudem Christi voces tonant per núbila: Hosánna in excelsis.

Alia Antiph. Cum Angelis et pueris fi-

déles inveniámur: triumphatóri mortis clamántes: Hosánna in excélsis.

Alia Antiph. Turba multa quae vénerat ad diem festum, clamábat Dómino: Benedictus qui venit in nómine Dómini: Hosánna in excélsis.

Cum ad portam ecclesiae perventum fuerit clausam, quidam clerici deintus cantant, Celebrante cum Choro illis respondente:

ŷ. Glória, laus, et honor tibi sit, Rex Christe Redémptor: cui puerile decus prompsit Hosánna pium.

Chor. Glória, laus, et honor tibi sit, Rex Christe Redémptor: cui puerile decus prompsit Hosánna pium.

Cler. Israel es tu Rex Dávidis et ínclýta proles: Nómine qui in Dómini, Rex benedícite, vénis.

Chor. Glória, laus, etc.

Cler. Coetus in excélsis te laudat cóelicus omnis: Et mortális homo et cuncta creáta simul.

Chor. Glória, laus, etc.

Cler. Plebs hebraéa tibi cum palmis óbvia venit: Cum prece, voto, hymnis ádsumus ecce tibi.

Chor. Glória, laus, etc.

Cler. Hi tibi passúro solvébant múnia laudis: Nos tibi regnánti pángimus ecce melos.

Chor. Glória, laus, etc.

Cler. Hi placúere tibi, pláceat devótio nostra: Rex bone, Rex clemens, cui bona cuncta placent.

Chor. Glória, laus, etc.

Porta percussá hastili crucis atque aperta, ingrediendo ecclesiam Celebrans intonat et alii prosequantur Resp.

Ingrediénte Dómino in sanctam civitátem: Hebraeórum púeri resurrectionem vitae pronuntiántes.

Cum ramis palmárum: Hosánna clamábant in excélsis.

Cumque audíssent, quod Jesus veníret Jerosólymam: exíerunt óbviám ei.

Cum ramis palmárum: Hosánna clamábant in excélsis.

Rami tenentur in manibus, dum cantatur Passio et Evangelium.

IN FERIA V CENAE DOMINI.

Ad Processionem.

Post missam Celebrans, incensato et accepto Ss. Sacramento, vertit se ad populum et intonat Hymnum; interim dirigitur processio ad sacellum.

HYMNUS.

PANGE lingua gloriósi
Córporis mystérium,
Sanguinísque pretiósi,
Quem in mundi præcursu
Fructus ventris generósi,
Rex effúdit géntium.

Nobis datus, nobis natus
Ex intácta Vírgine,
Et in mundo conversátus.
Sparso verbi sémine,
Sui moras incolátus
Míro clausit ordine.

In suprémæ nocte coenae
Recúmbens cum frátribus,
Observáta lege plene
Cibis in legálibus,

Cibum turbae duodénae
Se dat suis má nibus.

Verbum caro, panem verum
Verbo carnem éfficit;
Fitque sanguis Christi merum,
Et si sensus défcit;
Ad firmándum cor sincérum
Sola fides súfficit.

Tantum ergo Sacraméntum
Venerémur cérnui;
Et antíquum documéntum
Novo cedat rítui:
Praestet fides suppleméntum
Sénsuum deféctui.

Genitór: genitóque
Laus et jubilátio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit et benedíctio:
Procedénti ab utróque
Compar sit laudátio.
Amen.

AD DENUATIONEM ALTARIUM.

Post Vesperas Celebrans in suppedaneo
altaris stans intonat et prosequuntur alii.

Antiph. Diviserunt sibi vestimenta mea :
et super vestem meam miserunt sortem.

PSALMUS 21.

DEUS Deus meus, respice in me: quare
me dereliquisti? * longe a salute verba
delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, et non
exaudies: * et nocte, et non ad insipientiam
mihi.

Tu autem in sancto habitas, * laus Israel.

In te speraverunt patres nostri: * speraverunt,
et liberasti eos.

Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt: *
in te speraverunt, et non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, et non homo: *
opprobrium hominum, et abiectio plebis.

Omnes videntes me, deriserunt me: *
locuti sunt labiis, et moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum: * sal-
vum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de
ventre: * spes mea ab ubervis matris meae.

In te projectus sum ex utero, * De ventre
matris meae Deus meus es tu, ne disceris
a me.

Quóniam tribulátio próxima est: * quóniam non est qui ádjuvet.

Circumdéderunt me vítuli multi: * tauri pingues obsedérunt me.

Aperuérunt super me os suum, * sicut leo rápiens et rúgiens.

Sicut aqua effúsus sum: * et dispérsa sunt ómnia ossa mea.

Factum est cor meum tamquam cera liquéscens * in medio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea, et lingua mea adhaésit fáucibus meis: * et in púlverem mortis deduxísti me.

Quóniam circumdéderunt me canes multi: * concílium malignántium obsédit me.

Foderunt manus meas et pedes meos: * dinumeraverunt ómnia ossa mea.

Ipsi vero consideraverunt et inspexérunt me: * divisérunt sibi vestiméнта mea, et super vestem meam misérunt sortem.

Tu autem Dómine ne elongáveris auxiliium tuum a me; * ad defénsiónem meam cónspice.

Erue a frámea Deus ánimam meam: * et de manu canis únicam meam.

Salva me ex ore leónis: * et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Narrábo nomen tuum frátribus meis: *
in médio ecclésiae laudábo te.

Qui timétis Deum, laudáte eum: * uni-
vèrsum semen Jacob glorificáte eum.

Tímeat eum omne semen Israel: * quó-
niam non sprevit neque despéxit depreca-
tiónem páuperis.

Nec avértit fáciem suam a me: * et dum
clamárem ad eum, exaudívit me.

Apud te laus mea Dómine in ecclésia
magna: * vota mea reddam in conspéctu
timéntium eum.

Edent páuperes et saturabúntur: et lau-
dábunt Dóminum qui requírunť eum; *
vivent corda eórum in saéculum saéculi.

Reminiscéntur et converténtur ad Dó-
minum: * univèrsi fines terrae.

Et adorábunt in conspéctu ejus * uni-
vèrsae famíliae gentium.

Quóniam Dómini est regnum: * et ipse
dominábitur géntium.

Manducavérunt et adoravérunt omnes
pingues terrae: * in conspéctu eius cadent
omnes, qui descéndunt in terram.

Et ánima mea illi vivet: * et semen
meum sérviet ipsi.

Annuntiábitur Dómino generátio ventúra: * et annuntiábunt coeli justítiam eius pópulo, qui nascétur, quem fecit Dóminus.

Antiph. Divisérunt sibi vestiménta mea :
et super vestem meam miserunt sortem.

IN FERIA VI PARASCEVE.

Improperia

sub adoratione crucis a duobus clericis et
Choris alternatim dicenda. A Celebrante
dicuntur cum ministris.

Prima pars.

Cler. ŷ. Pópule meus, quid feci tibi? aut
in quo contristávi te? respónde mihi.

ŷ. Quia edúxi te de terra Aegypti: pa-
rásti crucem Salvatóri tuo.

Chor. ꝛ. Agios o Theos.

Cl. Sanctus Deus.

Chor. Agios íschyros.

Cl. Sanctus fortis.

Chor. Agios athánatos, eléison imas.

Cl. Sanctus immortális, miserére nobis.

Chor. *ŷ.* Quia edúxi te per desértum quadragínta annis: et manna cibávi te et introdúxi te in terram satis bonam: parásti crucem Salvatóri tuo.

Cler. Agios o Theos.

Chor. Sanctus Deus.

Cler. Agios íschyros.

Chor. Sanctus fortis.

Cler. Agios athánatos eléison imas.

Chor. Sanctus immortális, miserére nobis.

Cler. Quid ultra debui fácere tibi et non feci? Ego quidem plantávi te víneam speciosíssimam: et tu facta es mihi nimis amára: acéto namque sitim meam potásti, et láncea perforásti latus Salvatóri tuo.

Chor. Agios o Theos.

Cler. Sanctus Deus.

Chor. Agios íschyros.

Cler. Sanctus fortis.

Chor. Agios athánatos eléison imas.

Cler. Sanctus immortális, miserére nobis.

Chor. Ego propter te flagellávi Aegyptum cum primogénitis: et tu me flagellátum tradidísti.

Cler. Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo contristávi te? respónde mihi.

Chor. Ego edúxi te de Aegypto, demérso Pharaóne in mare rubrum: et tu me tradidisti princípibus sacerdotum.

Cler. Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo contristávi te? respónde mihi.

Chor. Ego ante te aperui mare: et tu aperuísti lancea iustus meum.

Cler. Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo contristávi te? respónde mihi.

Chor. Ego ante te praeívi in columna nubis: et tu me duxísti ad praetórium Pilati.

Cler. Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo contristávi te? respónde mihi.

Chor. Ego te pavi manna per desértum: et tu me caecidísti álapis et flagéllis.

Cler. Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo contristávi te? respónde mihi.

Chor. Ego te potávi aqua salutis de petra: et tu me potásti felle et acéto.

Cler. Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo contristávi te? respónde mihi.

Chor. Ego propter te Chananaeorum reges percússi; * et tu percussísti arúndine caput meum.

Cler. Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo contristávi te? respónde mihi.

Chor. Ego dedi tibi sceptrum regále, et tu dedísti cápiti meo spíneam corónam.

Cler. Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo contristávi te? responde mihi.

Chor. Ego te exaltávi magna virtúte; et tu me suspendísti in patíbulo crucis.

Cler. Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo contristávi te? responde mihi.

Chor. Crucem tuam adorámus, Dómine, et sanctam resurrectionem tuam laudámus et glorificámus: ecce enim propter lignum venit gáudium in univérso mundo.

Ps. 66. Deus misereátur nostri et benedícat nobis.

Cler. Illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

Chor. Crucem tuam adorámus, Dómine, et sanctam resurrectionem tuam laudámus et glorificámus: ecce enim propter lignum venit gáudium in univérso mundo.

Cler. Crux fidélis, inter omnes arbor una nóbilis: nulla silva talem profert, fronde, flore, germine. Dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus sústinet.

Chor. Pange lingua gloriósi laúream certáminis; et super crucis trophaéo dic

tríumphum nóbilem: quáliter Redémptor
orbis immolátus vícerit.

Cler. Crux fidélis, inter omnes arbor una
nóbilis: nulla silva talem profert, fronde,
flore, gérmine.

Chor. De paréntis protoplásti fraude
factor cóndolens, quando pomi noxiális in
necem morsu ruit: ipse lignum tunc notá-
vit, damna ligni ut sólveret.

Cler. Dulce lignum, dulces clavos, dulce
pondus sústinet.

Chor. Hoc opus nostrae salútis ordo depo-
póscerat: multifórmis proditóris ars ut artem
fálleret; et medélam ferret inde, hostis unde
laéserat.

Cler. Crux fidélis, inter omnes arbor una
nóbilis: nulla silva talem profert, fronde,
flore, gérmine.

Chor. Quando venit ergo sacri plenitúdo
témporis, missus est ab arce Patris Natus,
orbis Cónditor; atque ventre virgináli carne
amíctus pródiit.

Cler. Dulce lignum, dulces clavos, dulce
pondus sústinet.

Chor. Vagit infans inter arcta cónditus
praesépiá: membra pannis involúta Virgo

Mater álligat: et Dei manus pédesque stricta
cingit fascia.

Cler. Crux fidélis, inter omnes arbor una
nóbilis: nulla silva talem profert, fronde,
flore, germine.

Chor. Lustra sex qui iam perégit, tempus
implens cōrporis: sponte líbera Redēptor
passiōne dēditus: Agnus in crucis levátur
immolándus stípíte.

Cler. Dulce lignum, dulces clavos, dulce
pondus sústinet.

Chor. Felle potus ecce lánguet: spina,
clavi láncea mite corpus perforárunt, unda
manat, et cruor: terra, pontus, astra, mun-
dus, quo lavántur flúmíne.

Cler. Crux fidélis, inter omnes arbor una
nóbilis: nulla silva talem profert, fronde,
flore, germine.

Chor. Flecte ramos arbor álta, tensa laxa
víscera: et rigor lentéscat ille quem dedit
natívitas: et supérni membra Regis tende
miti stípíte.

Cler. Dulce lignum, dulces clavos, dulce
pondus sústinet.

Chor. Sola digna tu fuisti ferre mundi
víctimam, atque portum praeparáre arca

mundo náufrago: quam sacer cruor perúnxit, fusus Agni corpore.

Cler. Crux fidelis, inter omnes arbor una nóbilis: nulla silva talem profert, fronde, flore, germine.

Chor. Sempiterna sit beátae Trinitáti gloria, aequa Patri Filioque, par decus Paráclito: Unius Trinque nomen láudet universitas. Amen.

Cler. Dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus sústinet.

Ad Processionem.

Celebrans, accepto calice cum Ss. Sacramento, vertit se ad populum et intonatur ab eo

• HYMNUS.

VEXILLA Regis pródeunt:
Fulget Crucis mystérium:
Qua vita mortem pértulit,
Et morte vitam prótulit.
Quae vulneráta lánceae
Mucróné diro, críminum

Ut nos laváret sórdibus,
Manávit unda et sáanguine.
Impléta sunt quae cóncinit
David fidéli cármine,
Dicéndo natióibus:
Regnávit a ligno Deus.
Arbor decóra, et fúlgida
Ornáta Regis purpura:
Elécta digno stípíte
Tam sancta membra tángere.
Beáta, cuius bráchiis
Prétium pepéndit sáeculi:
Statéra facta córporis
Tulítque praedam tártari.
O Crux ave, spes única,
Hoc passióis témpore
Piis adáuge grátiam,
Reísque dele crímina.
Te, fons salútis, Trínitas,
Colláudet omnis spíritus;
Quibus Crucis victóriam
Largíris, adde praémium. Amen.

IN ROGATIONIBUS.

Celebrante ante altare surgente, omnes surgunt statimque ab ipso Celebrante vel duobus cantoribus intonatur Antiphona ad processionem quam omnes prosequuntur.

Ant. Exurge Dómine, ádiuva nos * et líbera nos propter nomen tuum.

PSALMUS 43.

DEUS áuribus nostris audívimus, * Patres nostri annuntiavérunt nobis.

Gloria Patri et Fílio * et Spirítui sancto. Sicut erat in princípío, et nunc et semper, et in saécula saeculórum. Amen.

Antiph. Exúrge Dómine, ádiuva nos * et líbera nos propter nomen tuum.

Genuflectunt omnes et Celebrans cum clericis incipit Lytanas de omnibus Sanctis ut pag. 5 hab. Chorus vero respondendo integros versus repetit, prout praecinnuntur. Cantato versiculo Sancta Maria, omnes surgunt et ordinatur processio.

IN FESTO PORTIUNCULAE

Ad Processionem.

Ante primas Vesperas, fratribus omnibus in Presbyterio adunatis, Sacerdos intonat Hymnum, quem omnes prosequantur et ordinatur processio.

HYMNUS.

AVE, maris stella,
Dei mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix coeli porta.
Sumens illud Ave
Gabriélis ore,
Funda nos in pace
Mutans Hevae nomen.
Solve vincla reis, •
Prefer lumen caecis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.
Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.

Virgo singuláris,
Inter omnes mitis
Nos culpis solútos,
Mites fac est castos.
Vitam praesta puram,
Iter para tutum,
Ut vidéntes Jesum
Semper collaetémur.
Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spirítui sancto
Tribus honor unus. Amen.

Deinde Sacerdos cantat:

Ÿ. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.
R̄. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

OREMUS.

CONCEDE nos fámulos tuos, quaésumus
Dómine Deus, perpétua mentis et cór-
poris sanítate gaudére: et gloriósa beátae
Maríae semper Vírginis intercessióne, a prae-
sénti liberári tristítia, et aetérna pérfrui lae-
títia. Per Christum Dóminum nostrum.

R̄. Amen.

**Ad solis occasum, coram Ss. Sacramento
exposito, cantatur servatis servandis Hym-**

nus Te Deum ut pag. 31, quo completo
Celebrans solus cantat versiculos sequentes,
respondente Choro.

Ÿ. Benedíctus es Dómine, Deus patrum
nostrórum.

R. Et laudábilis et gloriósus in saécula.

Ÿ. Benedicámus Patrem, et Fílium cum
sancto Spíritu.

R. Laudémus et superexaltémus eum in
saécula.

Ÿ. Benedíctus es, Dómine, in firmaménto
coeli.

R. Et laudábilis et gloriósus et supere-
xaltátus in saécula.

Ÿ. Benedíc ánima mea Dómino.

R. Et noli oblivísci omnes retributiónes
eius.

Ÿ. Osténde nobis Dómine misericórdiam
tuam.

R. Et salutáre tuum da nobis.

Ÿ. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.

R. Ut digni efficiámur promissionibus
Christi.

Ÿ. Signásti Dómine, servum tuum Fran-
ciscum.

R. Signis redemptionis nostrae.

Ÿ. Dómine exaúdi oratióem meam.

Ŗ. Et clamor meus ad te véniat.

Tunc surgens:

Ÿ. Dóminus vobíscum.

Ŗ. Et cum spírítu tuo.

OREMUS.

DEUS, cuius misericórdiae non est númerus et bonitátis infinitus est thesáurus, piíssimae majestáti tuae pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes, ut qui peténtibus postuláta concédis, eásdem non désereas, ad praémia futúra dispónas.

Deus, qui corda fidélium sancti Spírítus illustratióne docuísti, da nobis in eódem Spírítu recta sápere et de eius semper consoliatióne gaudére.

Deus, qui salutis aetérnae, beátae Maríae Virginitáte foecúnda, humano géneri praemia praestitísti: tribue quaesumus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam meruimus auctórem vitae suscipere Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

Deus, qui Ecclesiám tuam beáti Patris nostri Francísci méritis, foetu novae prolis

amplificas: tríbue nobis ex eius imitatióne terréna despícere, et coeléstium donórum semper participatióne gaudére.

Deus, qui nobis per síngulos omnes hujus sancti templi tui consecratiónis réparas diem, et sacris semper mystériis repraeséntas incólumes: exáudi preces pópuli tui, et praesta, ut quisquis hoc templum beneficia petitúrus ingréditur, cuncta se impetrásse laetétur. Per Christum Dóminum nostrum.

℞. Amen.

Ultimo cantatur Tantum ergo et datur benedictio cum Sanctissimo more solito ut pag. 29 habetur.

IN TRANSITU

S. P. N. FRANCISCI

4 Octobris.

Post Vesperas vel circa solis occasum processio fit ad locum, ubi exposita est Reliquia S. P. N. Francisci, qua incensata, surgentibus omnibus, a Sacerdote intonatur et ab omnibus prosequitur

Ant. O sanctíssima ánima, in cuius tránsito coeli cives occurrunt, Angelórum chorus exultat, et gloriósa Trínitas invitat dicens: Mane nobíscum in aetérnum.

Dein canitur, seu alta voce recitatur

Psalmus 141.

VOCE mea ad Dóminum clamávi: * voce mea ad Dóminum deprecátus sum. Effúndo in conspéctu eius orationem meam, * et dolórem meum ante ipsum pronúntio.

In deficiéndo ex me spíritum meum, * et tu cognovísti sémitas meas.

In via hac qua ambulábam, * absconderunt láqueum mihi.

Considerábam ad dexteram et vidébam: et non erat, qui cognósceret me.

Péruit fuga me, * et non est qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te Dómine, * dixi: Tu es spes mea, pórtio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecationem meam, * quia humiliátus sum nimis.

Líbera me a persecúntibus me, * quia confortáti sunt super me.

Educ de custódia ánimam meam ad confiténdum nómini tuo : * me expéctant justí, donec retribuas mihi.

Glória Patri *etc.*

Ant. O sanctíssima ánima *etc. ut supra.*
Dein omnes genuflectunt et recitatis quinque Pater, Ave et Gloria surgunt et subjungitur

Antiphona.

SALVE, S. Pater, pátriae lux, forma Minórum, virtútis spectáculum, recti via, régula morum, carnis ab exílio duc nos ad regna polórum. *Postea Sacerdos subjungit :*

Francíscus pauper et húmilis coelum dives ingréditur.

Chorus respondet :

Hymnis coeléstibus honorátur.

Deinde Sacerdos dicit :

OREMUS.

DEUS, qui hodiérna die ánimae beáti Patris nostri Francísci aetérnae beatitúdinis praémia contulísti: concéde propítius, ut qui eius migratiónis memóriam piis afféctibus celebrámus, ad eiúsdem beatitúdinis

práemia felíciter pervenire mereámur. Per
Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

V. Benedicámus Dómino.

R. Deo grátias.

Impertita dein, cum sacra Reliquia, be-
nedictione, eandem osculandam singulis
praebet dicens:

Per intercessiónem S. P. N. Francísci
Confessoris liberet te Deus ab omni malo.

R. Amen.

Revertuntur omnes.

IN DIE COMMEMORATIONIS omnium Fratrum nostrorum defunctorum

Si fratrum sepulchrum fuerit in presby-
terio, in eodem alias in loco sepulturae a
Choro incipitur et alternatim cantatur

Responsorium.

I. Chorus. Qui Lázarus resuscitásti a
monuménto foétidum,* Tu eis, Dómine,
dona réquiem et locum indulgéntiae.

II. Chorus. *✠.* Qui ventúrus es judicáre vivos et mórtuos et saéculum per ignem.

I. Chorus. Tu eis, Dómine, dona réquiem et locum indulgéntiae.

II. Chorus. *✠.* Réquiem aetérnam dona eis Dómine, et lux perpétua lúceat eis.

I. Chorus. Tu eis, Dómine, dona réquiem et locum indulgéntiae.

I. Chor. Kyrie, eléison.

II. Chor. Christe, eléison.

Omnes. Kyrie, eléison.

Hinc Celebrans alta voce:

Pater noster.

Facta interim super tumulum aspersione et turificatione dicit :

✠. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos a malo.

✠. A porta ínferi.

℞. Erue Dómine ánimas eórum.

✠. Requiéscant in pace.

℞. Amen.

✠. Dómine exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

✠. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

OREMUS.

DEUS véniae largítor, et húmánae salútis amátor: quaesumus cleméntiam tuam, ut nostrae Congregatiónis fratres, qui ex hoc saéculo transiérunt, beáta María semper Vírgine intercedénte, cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuae beatitúdinis consórtium perveníre concédas. Per Christum Dóminum nostrum.

℞. Amen.

℣. Réquiem aetérnam dona eis Dómine.

℞. Et lux perpétua líceat eis.

℣. Requiéscant in pace.

℞. Amen.

Absolutione hac peracta, dirigitur processio ad tumulum in medio ecclesiae erectum, ubi intonatur statim

Responsorium.

I. Chor. ℞. Líbera me Dómine de morte aetérna, * in die illa treménda, * quando coeli movéndi sunt et terra, * dum véneris iudicáre saéculum per ignem.

II. Chor. ℣. Tremens factus sum ego et tímeo, dum discússio vénerit, atque ventúra ira.

I. Chor. R. Quando coeli movéndi sunt et terra, dum véneris judicáre saéculum per ignem.

II. Chor. V. Dies illa, dies irae, calamitátis et misériae, * dies magna et amára valde.

I. Chor. R. Dum véneris judicáre * saéculum per ignem.

II. Chor. V. Réquiem aetérnam dona eis Dómine, * et lux perpétua lúceat eis.

Omnes. R. Líbera me Dómine de morte aetérna, in die illa treménda, * quando coeli movéndi sunt et terra, * dum véneris judicáre saéculum per ignem.

I. Chorus. Kyrie, eléison.

II. Chorus. Christe, eléison.

Omnes. Kyrie, eléison.

Celebr. Pater noster, secreto.

Aspergit et incensat tumulum, circumiens, hinc dicit:

V. Et ne nos indúcas in tentatióem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. A porta ínferi.

R. Erue Dómine ánimas eorum.

V. Requíescant in pace.

R. Amen.

Ÿ. Dómine exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

OREMUS.

ABSOLVE quaesumus Dómine, ánimas fratrum nostrórum defunctorum ab omni vínculo delictórum: ut in resurrectionis gloria inter sanctos et electos tuos resuscitati respírent. Per Christum Dóminum nostrum.

℞. Amen.

℞. Réquiem aetérnam dona eis Dómine.

℞. Et lux perpétua líceat eis.

Ÿ. Requiéscant in pace.

℞. Amen.

Processio *regreditur et interim, intonata*
Antiph. Si iniquitates, *alternatim dicitur*

PSALMUS 129.

DE profúndis clamávi ad te Dómine: *
Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendéntes, * in vocem deprecationis meae.

Si iniquitátes observáveris Dómine, * Dómine quis sustinébit.

Quia apud te propitiátio est, * et propter legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo eius, * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem, * speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia, * et copiósa apud eum redemptio.

Et ipse rédimet Israël, * ex ómnibus iniquitátibus eius.

Gloria Patri. Sicut erat.

Antiph. Si iniquitátes observáveris Dómine, Dómine quis sustinébit.

Si tres faciendae essent absolutiones, tunc dicatur

Responsórium: Dómine quando véneris ut infra pag. 82 et peractis caeteris ut supra dicatur

OREMUS.

DEUS, cui próprium est miserére semper et párcere, propitiáre animábus fratrum nostrórum defunctórum, et omnia eó-

rum peccáta dimítte, ut mortalitátis vínculo absolutæ transire mereántur ad vitam. Per Christum etc.

IN DIE COMMEMORATIONIS
omnium Fidelium defunctorum.

Missa de Réquiem finita immediate fiunt absolutiones ut sequuntur.

Absolutio I.

Celebrans in latere epistolae stans, vel cantor designatus intonat et omnes alternatim cantant

Responsorium.

I. Chorus. Qui Lázarum, etc. ut supra pag. 75, quibus peractis dicit

OREMUS.

ABSOLVE quaesumus, Dómine, ánimas famulórum famularúmque tuárum ab omni vínculo delictórum: ut in resurrectionis glória inter sanctos et electos tuos resu-

scitáti respírent. Per Christum Dóminum nostrum.

℞. Amen.

℣. Réquiem aetérnam dona eis Dómine.

℞. Et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéscant in pace.

℞. Amen.

Quodsi absolutio haec prima sit pro fratribus nostris, tunc oratio erit: Deus véniae largítor ut in absolutione seq. Prima absolutione completa, processio ordinatur ad sepulturam seu coemeterium ubi fit

Absolutio II.

Celebrans sive cantor intonat et Chorus prosequitur

Responsorium.

I. Chor. ℣. Dómine, quando véneris judicáre terram, ubi me abscondam a vultu irae tuae? * quia peccávi nimis in vita mea.

II. Chor. ℣. Commíssa mea pavésco, et ante te erubésco; * dum véneris judicáre, noli me condemnáre.

I. Chor. ℞. Quia peccávi nimis in vita mea.

II. Chor. *ŷ.* Réquiem aetérnam dona eis
Dómine: et lux perpétua lúceat eis.

I. Chor. *Ŗ.* Quia peccávi nimis * in vita
mea.

II. Chor. *ŷ.* Kyrie, eléison.

I. Chor. *Ŗ.* Christe, eléison.

Omnes. *ŷ.* Kyrie, eléison.

Cel. Pater noster. *Aspergit et incensat.*

ŷ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

Ŗ. Sed líbera nos a malo.

ŷ. A porta ínferi.

Ŗ. Erue, Dómine, ánimas eórum.

ŷ. Requiéscant in pace.

Ŗ. Amen.

ŷ. Dómine, exáudi oratiónem meam.

Ŗ. Et clamor meus ad te véniat.

ŷ. Dóminus vobíscum.

Ŗ. Et cum spírítu tuo.

• OREMUS.

DEUS, véniae largítor et humánae sa-
lútis amátor: quaésumus cleméntiam
tuam, ut nostrae Congregatiónis fratres, pro-
pínquos, et benefactóres, qui ex hoc saé-
culo transiérunt: beáta María semper Vír-
gine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis

ad perpétuae beatitudinis consórtium pervenire concédas. Per Christum Dóminum nostrum.

✠. Amen.

Quodsi autem jam prima absolutio pro fratribus sit facta et haec secunda pro iisdem pariter fiat, tunc oratio seq.

OREMUS.

DEUS, fidélium lumen animárum, adésto supplicatióibus nostris: et da fámulis tuis frátribus nostris quorum córpora hic et ubique in Christo requiésunt, refrigerií sedem, quiétis beatitudinem et lúminis claritátem. Per Christum Dóminum nostrum.

✠. Amen.

✠. Réquiem etc.

Si duae factae sint absolutiones pro fratribus, tunc revertendo a coemeterio fratrum pro fundatoribus seu benefactoribus fiat

Absolutio III.

Responsorium.

I. Chorus. Ne recordéris peccáta mea Dómine, * dum véneris judicáre saéculum per ignem.

II. Chor. V̄. Dírige, Dómine Deus meus,
in conspéctu tuo viam meam.

I. Chor. Dum véneris judicáre saeculum
per ignem.

II. Chor. V̄. Réquiem aetérnam dona eis
Dómine: et lux perpétua lúceat eis.

I. Chor. Dum véneris judicáre saeculum
per ignem.

Caetera ut in absolutione prima.

Quibus peractis, processio dirigitur ad tumulum in medio ecclesiae ibique fit

Absolutio ultima.

Celebrans ad caput tumuli stans intonat

Responsorium.

I. Chorus. R̄. Líbera me Dómine de morte
aetérna, in die illa treménda, * quando coeli
movéndi sunt et terra, * dum véneris judi-
cáre saeculum per ignem.

II. Chor. V̄. Tremens factus sum ego et
tímeo, dum discússio vénerit, atque ven-
túra ira.

I. Chor. R̄. Quando coeli movéndi sunt
et terra, * dum véneris judicáre saeculum
per ignem.

II. Chor. *ŷ.* Dies illa, dies irae, calamitatis et miseriae, * dies magna et amara valde.

I. Chor. *Ŗ.* Dum véneris judicare * saeculum per ignem.

II. Chor. *ŷ.* Réquiem aeternam dona eis Dómine, * et lux perpétua luceat eis.

Omnes. *Ŗ.* Líbera me Dómine de morte aeterna, in die illa treménda, * quando coeli movéndi sunt et terra, * dum véneris judicare saeculum per ignem.

I. Chor. Kyrie, eléison.

II. Chor. Christe, eléison.

Omnes. Kyrie, eléison.

Cel. Pater noster. **Aspergit et incensat;**
postea dicit:

ŷ. Et ne nos indúcas in tentationem.

Ŗ. Sed líbera nos a malo.

ŷ. A porta ínferi.

Ŗ. Erue, Dómine, ánimas eórum.

ŷ. Requiéscant in pace.

Ŗ. Amen.

ŷ. Dómine, exáudi orationem meam.

ŷ. Et clamor meus ad te véniat.

ŷ. Dóminus vobíscum.

Ŗ. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

FIDELIUM Deus ómnium Cónditor et Redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissionem cunctórum tríbue peccatórum: ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatióibus consequántur. Qui vivis et regnas in saécula saeculórum. *R.* Amen.

V. Réquiem aetérnam dona eis Dómine.

R. Et lux perpétua luceat eis.

V. Requiéscant in pace. *R.* Amen.

Redeunt omnes nihil dicentes.

II. FUNCTIONES SACRAE
IN ORDINE PROPRIAE.

IN ADMISSIONE ET RECEPTIONE
AD ORDINEM NOSTRUM.

In ritu admittendi ad habitum.

Iuvene admittendo ad habitum in inferiori gradu altaris genuflexo, fratribus ex utroque latere presbyterii circumstantibus,

Superior, seu alius Pater deputatus, in suppedaneo, facie versus ad altare stans, clara voce dicit:

℟. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui a saéculi vanitáte convérsos ad bravium supérnae vocatiónis accéndis, et qui renuntiántibus saéculo mansiónes paras in coelis; diláta cor huius fámulí (corda horum famulórum tuórum) coeléstibus donis, ut fratérna nobíscum teneátur (teneántur) compáagine charitátis unánimis, constans, sóbrius, simplex, quiétus (unánimes, constántes, sóbrii, símplices, quiéti), regulária sanctórum Patrum Institúta custódiat (custódiat), et ad eum, quem, te inspiránte, perfectiόνis spírítum concépit, (concéperunt) te adjuvánte pervéniat (pervéniant). Per Christum Dóminum nostrum.

℞. Amen.

OREMUS.

DOMINE Jesu Christe, dux, salus et fortitúdo nostra, humíliter pétimus, ut fá-

mulum tuum, quem (fámulos tuos, quos) sanctae compunctiónis ardóre ab huius saéculi vanitáte separásti, etiam a conversatióne terréna discérnas, et grátiam, quam in te perséveret (perséverent) infúndas: ut protectiόνis tuae praesídio munitus (muniti) quod te donánte afféctat (afféctant) te adjutóre cómpleat (cómpleant): ut suae conversiόνis executórum efféctus (executóres effécti): ad ea, quae perseverántibus in te promíttere dignátus es feliciter pertíngat (pertíngant). Qui vivis et regnas in saécula saeculórum.

¶. Amen.

Deinde Sacerdos procedit ad cornu epistolae ad vestimenta benedicenda.

Benedictio habitus.

✠. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

¶. Qui fecit coelum et terram.

✠. Sit nomen Dómini benedíctum.

¶. Ex hoc nunc, et usque in saéculum.

✠. Dómine, exáudi oratióem meam.

¶. Et clamor meus ad te véniat.

✠. Dóminus vobíscum.

¶. Et cum spírítu tuo.

OREMUS.

DOMINE Jesu Christe, qui tégumen nostrae mortalitátis indüere dignátus es, obsecrámus imménsam tuae largitátis abundantiam, ut hoc genus vestiméti, quod sancti Patres, ad innocéntiae et humilitátis indícium, abrenuntiántes huic saéculo ferre sanxérunt, ita bene † dícere et sanctificáre dignéris, ut hic fámulus tuus (hi fámuli tui), qui sanctae Religiónis hábitum, piae devotiónis afféctu assúmere inténdit (inténdunt), intus veráciter indüere mereátur (mereántur). Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia saécula saeculórum.

R. Amen.

Benedictio chordae seu cinguli.

OREMUS.

DEUS, qui ut servum redímeres, Fílium tuum per manus impiórum ligári volúisti; bene † dic, quaésumus, cingulum istud (cingula ista) et praesta: ut fámulus tuus (fámuli tuí) qui isto velut ligámine poenitentiáli sui córporis cingétur (córporum suó-

rum cingentur), vinculorum eiusdem Domini nostri Jesu Christi perpetuo memor existat (memores existant): et in Ordine, quem assumit (assumunt) perenniter perseveret (perseverent), tuisque semper cum affectu obséquii se alligatum esse cognoscat (alligatos esse cognoscant). Per eundem Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Deinde aspergit vestimenta et juvenem aqua benedicta, nil dicens, et exuens eum vestimento suo exteriore dicit:

Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis.

R. Amen.

Et statim subjungit:

Induat te Dominus novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis.

R. Amen.

Deinde religiosum habitum eidem imponens dicit:

Domine Jesu Christe, qui dixisti: Jugum meum suave est, et onus meum leve; praesta quaesumus, ut hic famulus tuus sic istud portare valeat, ut possit consequi tuam grá-

tiam in praesenti, et gloriam in futuro. Per Christum Dominum nostrum.

℞. Amen.

Ad caputium:

Pone, Domine, caputium salutis in capite eius ad expugnandas diabólicas fráudes. Per Christum Dominum nostrum.

℞. Amen.

Chorda juvenem praecingens dicit:

Praecingat te Dominus cingulo puritatis, et extinguat in lumbis tuis humorem libidinis: ut maneat in te virtus continentiae et castitatis. Per Christum Dominum nostrum.

℞. Amen.

Dein porrigit ei candelam accensam dicens:

Accipe, frater carissime, lumen Christi, in signum immortalitatis tuae; ut mortuus mundo Deo vivas. Exurge a mortuis, et illuminabit te Christus.

℞. Amen.

Novitius indutus genuflectit iterum; Sacerdos versus altare alta voce prosequitur:

℥. Salvum fac servum tuum (Salvos fac servos tuos).

℞. Deus meus sperantem (sperantes) in te.

Ÿ. Mitte ei (eis), Dómine, auxiliúm de Sancto.

R. Et de Sion tuére eum (eos).

Ÿ. Nihil proficiat inimicus in eo (eis).

R. Et filius iniquitátis non appónat nocére ei (eis).

Ÿ. Dómine, exáudi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

OREMUS.

MAJESTATEM tuam, Dómine, suppliciter exorámus, ut fámulum tuum, cui (famulos tuos, quibus) de tua grátia præsumentes nostræ Religiónis hábitum imposuimus, dignéris inter discípulos tuos virtúte ex alto indúere, justítiæ loríca muníre, et salútis protégere vestiméto; ut intercedénte beáto Francíscó Confessóre tuo, sub humilitátis veste tibi perseveránter deserviens (deserviéntes) ad stolam immortalitátis et glóriæ perveníre mereátur (mereántur). Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

OREMUS

DEUS, qui mira crucis mystéria in beáto Francíscó Confessóre tuo multifórmiter demonstrásti: da huic fámulo tuo (his fámulis tuis) eius piæ devotiónis semper exémpła sectári, et assídúa eiúsdem crucis meditatióne muníri, per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

His orationibus finitis Superior in medio altaris genuflexus intonat Hymnum.

HYMNUS.

VENI Créator Spíritus,
Mentes tuorum vísita,
Imple supérna grátia
Quæ tu creásti pectora.
Qui díceris Paráclitus,
Altíssimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, cháritas,
Et spiritális unctio.
Tu septifórmis múnere,
Dígitus patérnæ dexteræ,
Tu rite promíssum Patris,
Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,
Infúnde amórem córdibus,
Infírma nostri córporis
Virtúte firmans pépeti.

Hostem repéllas lóngius,
Pacémque dones prótinus,
Ductóre sic te praévio
Vitémus omne nóxium.

Per te sciámus, da Patrem,
Noscámus atque Fílium,
Deque utriúsque Spíritum,
Credámus omni témpore.

Deo Pátri sit glória,
Et Fílio qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In ~~sempiténa~~ ^{saecula} saecula. Amen.

Dicta prima strophá omnes fratres, ante altare, dant osculum pacis novitio dicendo : Pax tibi frater, quibus ille nihil respondet.

Hymno finito Sacerdos dicit :

Ÿ. Confirma hoc, Deus, quod operátus es in nobis.

R. A templo sancto tuo, quod est in Jerúsalem.

Ÿ. Post partum, Virgo, invioláta permansísti.

Ŕ. Dei Génitrix, intercède pro nobis.

Ÿ. Ora pro nobis, beáte Pater Francísce.

Ŕ. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Ÿ. Dómine, exáudi orationem meam.

Ŕ. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

Ŕ. Et cum spírítu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui corda fidélium sancti Spírítus illustratione docuísti, da nobis in eódem Spírítu recta sápere, et de eius semper consolatione gaudere.

Concede nos fámulos tuos, quaesumus, Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitate gaudere, et gloriósa beátæ Mariæ semper Vírginis intercessione a præsentí liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætítia.

Deus qui Ecclesiam tuam beáti P. N. Francísci méritis, fœtu novæ prolis amplificas, tríbue nobis, ex eius imitatione terréna despícere, et cœléstium donórum



semper participatióne gaudére. Per Dóminum nostrum Jesum Christum *etc.*

R. Amen.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

V. Benedicámus Dómino.

R. Deo grátias.

Postea benedicit juveni et adstantibus dicens:

Benedícat vos omnípotens Deus, Pater
+ et Fílius, et Spírítus sanctus.

R. Amen.

Demum Superior brevem sermonem facit ad novitium, eique nomen imponit. Finito sermone omnes discedunt.

IN SCRUTINIO DE NOVITIIS.

Fratribus omnibus, etiam votorum simplicium, in refectorio congregatis, Superior intonat Hymnum Veni Créator, ut pag. 94. quem alternatim omnes prosequuntur. Quo dicto subjungit :

V. Emítte Spírítum tuum et creabúntur.

R. Et renovábis fáciem terrae.

✠. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.
℞. Ut digni efficiámur promissionibus
Christi.

✠. Signásti, Dómine, servum tuum Fran-
ciscum.

℞. Signis redemptionis nostrae.

✠. Dómine, exáudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

✠. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui corda fidélium sancti Spí-
ritus illustratione docuísti : da nobis
in eódem Spíritu recta sápere, et de eius
semper consolatione gaudére.

Concéde nos fámulos tuos, quaesumus,
Dómine Deus, perpétua mentis et córporis
sanitate gaudére, et gloriósa beátæ Mariæ
semper Vírginis intercessióne a præsénti
liberári tristitia et ætérna pérfrui lætítia.

Deus, qui Ecclesiám tuam beáti P. N.
Francisci méritis fœtu novæ prolis ampli-
ficas, tríbue nobis, ex eius imitatione ter-
réna despícere, et cœléstium donórum
semper participatione gaudére.

Actiões nostras, quaesumus Dómine, aspirando praeveni, et adjuvando proséquere, ut cuncta nostra oratio et operatio, atque electio a te semper incipiat, et per te coepta finiatur. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Dein, dictis manibus expansis 5 Pater et Ave, proceditur ad scrutinium.

In fine scrutinii fratres genuflectant, et Superior dicat :

Agimus tibi grátias, omnípotens Deus, pro univérsis beneficiis tuis. Qui vivis et regnas in saécula saeculórum.

R. Amen.

Dein alternatim recitatur Ps. 116 Laudate Dóminum omnes gentes.

IN RECIPIENDO NOVITIUM AD PROFESSIONEM.

Post missam conventualem, fratribus in presbiterio adunatis, novitio in infimo gradu altaris genuflexo, Sacerdos sedens ad cornu evangelii sermonem facit de actu sacro ; quo finito in ora suppedanei genuflexus intonat Hymnum Veni Creator

ut pag. 94, quo alternantibus Choris finito dicit :

Ꝙ. Emítte Spíritum tuum et creabúntur.

ꝛ. Èt renovábis fáciem terrae.

Ascendit altare et, facie versus Crucifixum, dicit :

OREMUS.

ACTIONES nostras, quaesumus Dómine, aspirádo praeveni et adjuvádo prosequere : ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat, et per te coepta finiátur. Per Christum Dóminum nostrum.

ꝛ. Amen.

Deinde novitius ante pedes Superioris genuflexus, positis manibus suis inter manus Superioris ipsum ad professionem recipientis, clara et intelligibili voce de libro legit verba sequentia (laici in lingua vernacula) :

Ego frater N. vóveo et promítto Deo omnipoténti, beátae Maríae Vírgini, beáto P. N. Francíscó, ómnibus Sanctis, et tibi Pater, toto témpore vitae meae servare regulam fratrum Minórum, per Dóminum Papam Honórium confirmátam, vivéndo in obediéntia, sine próprio, et in castitáte.

Recipiens vero ad professionem ei dicat
(laicis profitentibus in lingua vernacula):

Et ego ex parte Dei, si haec observá-
veris, promitto tibi vitam aeternam.

℞. Amen.

Superior surgit et consistens versus cru-
cem intonat

PSALMUM 132.

ECCE quam bonum et quam jucundum, *
habitare fratres in unum.

Sicut unguentum in capite, * quod de-
scendit in barbam, barbam Aaron.

Quod descendit in oram vestimenti eius *
sicut ros Hermon, qui descendit in montem
Sion.

Quoniam illic mandavit Dominus bene-
dictionem, * et vitam usque in saeculum.

Gloria Patri etc. Sicut erat etc.

Interim neo-professus osculum pacis re-
cipit ab omnibus, ut in die vestitionis, vide
pag. 95, dum Sacerdos stans dicit:

℥. Confirma hoc Deus, quod operatus es
in nobis.

℞. A templo sancto tuo, quod est in
Jerusalem.

OREMUS.

DEUS, qui corda fidelium sancti Spíritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spíritu recta sápere, et de eius semper consolatione gaudere.

Deus, qui per coaeternum Fílium tuum cuncta creásti, quique mundum peccátis inveterátum, per mystérium incarnationis eius, renovare dignátus es: te supplices exorámus, ut super hunc famulum tuum, fratrem nostrum N. (hos famulos tuos fratres nostros N. N.), qui hodie in hoc sancto templo tuo vanitatem mundi et pompas diaboli, per nostrae servitutis ministerium voto solémni (símplici) abrenuntiare decrevit (decréverunt), ita respicere digneris, ut spíritu mentis sui renovátus (renováti), veterem hóminem cum áctibus suis exuere, et novum, qui secundum Deum créatus est induere mereátur (mereántur). Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

OREMUS.

DOMINE Jesu Christe, qui es via sine qua nemo vadit ad Patrem, quaesu-

mus clementiam tuam: ut hunc fámulum tuum (hos fámulos tuos) a carnálibus desidériis abstráctum (abstráctos) per árctam ac tutam reguláris disciplínae viam dedúcas; et qui peccatóres vocáre dignátus es, dicens: Veníte ad me omnes, qui laborátis et oneráti estis, et ego reficiam vos: praesta, ut haec vox vocatiónis tuae ita in eo (eis) convaléscat, quátenus ónera peccatórum depónens (depónentes), et quam dulcis es, degústans (degustántes), tua refectiõe sustentári mereátur (mereántur). Qui vivis et regnas in saécula saeculórum.

R̄. Amen.

OREMUS.

SANCTE Spíritus, qui te Deum ac Dóminum mortálibus reveláre dignatus es, imménsam tuae pietátis abundántiam suppliciter exorámus, ut sicut, ubi vis, spiras; sic et huic fámulo tuo fratri nostro N. (his fámulis tuis frátribus nostris N. N.) afféctum piae devotiónis inspíres: et qui tua sapiéntia est cónditus (sunt cónditi), tua quoque providéntia gubernétur (gubernéntur), quem (quos) étiam únctio tua de ómni-

bus dóceat: et per intercessionem beátae Vírginis Maríae, sanctorum Apostolorum Petri et Páuli, beáti Patris nostri Francísci, ac beáti N. (beatórum N. N.) et ómnium Sanctorum, fac eum (eos) a saeculi vanitate ita veráciter convérte, ut quod hódie te inspiránte ínchoat (ínchoant), sic iuste, pie ac sancte per veram humilitátem, et obediéntiam fratérna charitáte fundátus, (fundáti), te adjuvánte, perfíciat (perfíciant), ut in sancto Religiónis propósito júgiter perséverans (perseverántes) ad vitam pervéniant (pervéniant) sempitérnam. Qui cum Patre et Fílio eius Dómino nostro Jesu Christo vivis et regnas, Deus per ómnia saecula saeculórum.

✠. Amen.

Deinde Superior intonat. Ps. Laudáte Dóminum omnes gentes, **quo alternatim recitato dicit:**

✠. Confirma hoc Deus quod operátus es in nobis.

✠. A templo sancto tuo, quod est in Jerúsalem.

✠. Post partum, Virgo, invioláta permanísti.

R. Dei Genitrix, intercède pro nobis.

Ŕ. Ora pro nobis, beáte Pater noster
Francísce.

R. Ut digni efficiámur promissionibus
Christi.

OREMUS.

ADSIT nobis, quaesumus Dómine, virtus
Spíritus sancti: quae et corda nostra
cleménter expúrget, et ab ómnibus tueátur
advérsis.

Concéde nos fámulos tuos, quaesumus
Dómine Deus, perpétua mentis et córporis
sanitáte gaudére, et gloriósa beátae Mariáe
semper Vírginis intercessióne a praesénti lí-
berári tristítia et aetérna pérfrui laetítia.

Deus, qui Ecclésiám tuam beáti P. N.
Francíscai méritis foetu novae prolis amplí-
ficas: tríbue nobis, ex eius imitatióne ter-
réna despícere, et coeléstium donórum sem-
per participatióne gaudére. Per Dóminum
nostrum Jesum Christum *etc.*

R. Amen.

Ŕ. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Ŕ. Benedicámus Dómino.

R. Deo grátias.

Postea Superior neo-professo simul et omnibus adstantibus benedictionem dat, dicens:

Benedícat vos omnípotens Deus, Pater † et Fílius, et Spíritus sanctus.

℞. Amen.

His omnibus peractis receditur ab altari.

IN RENOVATIONE S. PROFESSIONIS

In renovatione s. professionis, quotannis die 6 Januarii facienda, occasione dedicationis totius Ordinis Ss.mo Cordi Jesu.

Post missam conventualem, aut alia hora opportuna magis, esposito Ss. Sacramento, fratribus genuflexis ante altare, cum cereis succensis in manibus, a Superiore recitatur alta voce sequens

Actus Consecrationis.

EN ego, o diviníssimum Cor Jesu mei, ap-
páreo coram veram reálem tuam prae-
séntiam in hoc Altáris Sacraméto, in quo
te, ut suum Creatórem et Glorificatórem,
circúmdant Chérubin et Séraphin incessábili

voce dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus!
Et ego frater N. me conjungo cum illis,
teque benedico et adoro ut meum Crea-
torem, Patrem et Sponsum animae meae,
quam pretiosissimo tuo sanguine redemisti.
Deus infinitae bonitatis! Quid est homo,
ut illum ádeo diligas et illius recordatus
fueris a diebus aeternitatis! Pro ipso dimi-
sisti thronum tuum coelestem, descendens
de coelis, ut te exinanires et assumes
miserias humanas. Pro ipso sustinuisti gra-
vissimas ignominias et injurias ab ipsis ho-
minibus tibi illatas, qui atrocissimis tor-
mentis et doloribus te dilaniarunt, ita, ut
ne minima quidem pars innocentissimi tui
corporis illaesa permanserit. Pro homine
voluisti fieri obediens usque ad mortem,
mortem autem crucis. Et tamen haud suf-
ficiens hoc tibi fuit. Tenerum Cor tuum
ardentissima charitate inflammatum, ante-
quam morereris te adigit, ut perpetuum
et pretiosissimum tui amoris pignus nobis
dereliqueres, ideo voluisti te abscondere
sub speciebus panis et vini, ut cibus et
potus noster esse possis, cum tuo corpore
et cum tuo sanguine, cum humanitate et

Divinitate tua, et sic permanere cum hominibus in sacrosancto tuo Sacramento usque ad consummationem saeculi.

Sanctissimum Cor Jesu mei! ineffabili stupore abripior, si attentius considero immensa et inaudita prodigia a te operata, non alia ex causa, quam ut me ames, sine ullo tuo emolumento, et nisi ut me eodem in te amore accendas. Ad huiusque infinito tuo amori non respondi, nisi cum indifferencia, frigore et ingratitude. Supra miserias et praevaricationes cordis mei vivissimo dolore penetratus, humillime veniam peto, desiderio flagrans illud cum omnibus suis cupiditatibus, affectibus et spiritalibus tibi consecrandi. Sed ante omnia, mi Deus, rogo cum regio Propheta, ut novum cor in me creare digneris: cor mundum crea in me, Deus. Desidero tale cor, quod te dignum sit, et tuum maneat in sempiternum. Cor novum, omnimode avulsam ab omnibus, quae tibi displicent, cor omnino vacuum ab amore proprio et sine interruptione tuo amore succensum, cor humile, obediens, sincerum et fidele in servanda promissione, mediantibus tribus votis

obediéntiae, paupertátis et castitátis, tibi facta, quam nunc rénovo cum propósito illam servándi usque ad finem vitae meae. Confíxus his tribus votis, ut in cruce pendens, ex amóre mei confíxus fuísti tribus clavis, tibi offero ex amóre tui hoc meum cor, dedico et consacro sanctíssimo tuo Cordi una cum universo meo Institúto séráphico, quod fervidíssime tibi comméndo. O consérva illud, prout jam promisísti servo tuo Francíscó, et si filii ipsíus imitáti fuerint praeclára ejus exémpła, convérte óculos tuos ad ipsos, et súbleva illos manu tua poténti. Non minus tibi comméndo diléctam tuam sponsam, cathólicam Ecclésiám, et suprénum ipsíus caput Vicárium tuum visíbilem in terra, accélera huius et istíus thriumphum et glóriam, quae tua omníno glória est. Amen.

Alius Actus.

O divínium Cor Jesu, in sanctíssimo Sacraménto réaliter praesens, nos B. Patriárchae Francísci filii coram te genufléxi, cultum nostrae adoratiónis, amóris et gratitúdinis nostrae offerimus. Haud immé-

mores insignis dilectionis, qua ab aeterno nos indesinenter prosecutus es, vitaeque tuae aerumnis, labore et dolore refertae, quam in cruce pro nobis immolasti, et quotidie in Altaris Sacramento adhuc offers, profundissime humiliamur et operimur confusione, propter peccata et ingratitude nostram, necnon propter tantam erga nos tuam bonitatem.

O divinum Cor Jesu, liceat nobis hodie saltem nostram gratitudinem, fidelitatem et sincerum amorem publice testari. Ideo etsi de indignitate nostra consci, absque ulla restrictione, sacratissimo Cordi tuo nosmetipsos consecramus. Publica hac manifestatione sint tibi personae nostrae, praelati nostri, et quicumque sacro seraphico Ordini adnumerantur, totaliter consecrati! Pia desideria nostra et vota renovantes, protestamur, nos in posterum, absque ulla exceptione et irrevocabiliter tibi velle esse sacros. O Cor Jesu, tu solum animam nostram et corpus nostrum, intellectum et voluntatem nostram posside!

Quaecumque facimus aut valemus tua sunt, et si necesse est, vita nostra immo-

létur et sanguis fundatur pro te! Exé-
plum beáti Patris et ducis et stigmata fe-
réntis D. Francísci Assisiátis sectánte, in
médiis ténebris et tribulatióibus, quibus
servi tui circumveniúntur ad vulnus sa-
cerum adoránde tui Cordis confúgimus. Or-
dini seráphico zelum et plenitúdinem pau-
pertátis, poeniténtiae et humilitátis consérva;
contra diabólicas et mundi insídias eum
prótege; abundántiam grátiae tuae ipsi
concede. O bone Jesu! dignáre suscípere
benigne hanc Ordinis nostri consecratióem,
quam tuo sacratíssimo Cordi offérimus per
manus Matris ac Protectricis nostrae Ma-
ríaе immaculátae. Tríbue nobis fidéliter
usque ad mortem in hac perseveráre, ut
illíus fructum tandem in felíci aeternitáte
consequámur. Ideo: ego frater N. vóveo
et promítto Deo omnipoténti, beátae Ma-
ríaе Vírgini et beáto Patri Francíscó et
ómibus Sanctis (et tibi Pater): toto témp-
ore vitae meae servare régulam fratrum
Minórum, per Dóminum Pápap Honórium
confirmátam: vivéndo in obediéntia, sine
próprio et in castitáte. Amen.

Consecratione peracta intonatur Te Deum

vide pag. 31, quo finito omnes surgunt et subjungunt:

Antiphonam.

RESPICE B. P. Francísce, de excélsco coelórum habitáculo, et deprecáre pro pópulo tuo: pópulo quem elegísti, ut sérviat coram te omni témpore in ministério Sanctuárii Dómini.

Ÿ. Confirma hoc Deus, quod operátus es in nobis.

℞. A templo sancto tuo, quod est in Jerúsalem.

Ÿ. Post partum, Virgo, invioláta permanísti.

℞. Dei Génitrix, intercède pro nobis.

Ÿ. Ora pro nobis, beáte Pater noster Francísce.

℞. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

OREMUS.

DEUS qui néminem in te sperántem nímium afflígi permíttis, sed pium précbus praestas audítum: pro postulatióibus nostris votisque susceptis grátias ági-

mus, te piissime deprecantes, ut a cunctis semper muniámur advérsis.

Fac nos, Dómine Jesu, sanctíssimi Cordis tui virtútibus índui et afféctibus inflammári: ut et imáginí bonitátis tuae confórmes et tuae redemptiónis mereámur esse partícipes.

Defénde, quaésumus Dómine, B. María semper Vírgine intercedénte, istam ab omni adversitáte famíliam, et toto corde tibi prostrátam ab hóstium propítius tuére cleménter insídiis.

Deus, qui Ecclésiám tuam B. P. N. Francisci méritis foetu novae prolis amplílicas, tribue nobis ex eius imitatióne terréna despícere, et coeléstium donórum semper participatióne gaudére.

Deus ómnium fidélium pastor et rector, fámulum tuum N., quem pastórem Ecclésiæ tuæ praeesse voluísti, propítius respice: da ei, quaésumus, verbo et exémplo, quibus praeest, proficere, ut ad vitam una cum grege sibi crédito pervéniat sempitérnam.

Deus, a quo sancta desidéria, recta consília et justa sunt ópera: da servis tuis il-

lam, quam mundus dare non potest pacem, ut et corda nostra mandátis tuis dedita, et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

His dictis Sacerdos intonat Hymnum Tantum ergo et datur benedictio cum Sanctissimo ut pag. 29. Reposito Ss. Sacramento, in infimo gradu altaris genuflexus, ter dicit, quod repetitur ab omnibus:

Cor Jesu sacratíssimum, miserére nobis!
Discedunt omnes.

IN RENOVATIONE S. PROFESSIONIS

OCCASIONE JUBILAEI.

Dum dirigitur processio cum Jubilato e refectorio ad ecclesiam, in via alternatim recitatur

PSALMUS 121.

LAETATUS sum in his quae dicta sunt mihi: * in domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri, * in átriis tuis Jerúsalem.

Jerúsalem, quae aedificátur ut cívitas: *
cuius participátio eius in idípsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Dómini: * testimónium Israël, ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sederunt sedes in iudício, *
sedes super domum Dávid.

Rogáte, quae ad pacem sunt Jerúsalem: *
et abundantia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua: * et abundantia
in túrribus tuis.

Propter fratres meos et próximos meos, *
loquēbar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei nostri, *
quaesívi bona tibi.

Glória Patri. Sicut erat.

**Ante altare Sacerdos stans, Jubilario
genuflexo, dicit:**

Frater, * quid postulas?

Fr. Jubilatus respondet:

Pater, póstulo a Deo remissionem óm-
nium negligentiarum, quas in Ordine com-
misi et quarum toto corde poeníteo. Póstulo
grátiam, a novo incipiéndi et in bono toto
tépore vitae meae perseverándi.

Brevi dein sermone facto a Superiore, can-

tatur **Hymnus** Veni Creator, vide pag. 94, cum **ŷ.** et **Oratione** ut sequitur:

ŷ. Emítte Spíritum tuum et creabúntur.

ŷ. Et renovábis fáciem terrae.

OREMUS.

DEUS, qui corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere et de eius semper consolatióne gaudére. — Per Christum Dóminum nostrum.

ŷ. Amen.

Superior iterum petit:

Frater, quid póstulas adhuc?

Fr. Jubilatus respondet:

Pater, póstulo favórem, renovánde professiόnem et me totum Dómino nostro Jesu Christo stríctius consecrándi.

Quibus dictis genuflectens in altaris suppedaneo renovat professionem dicens:

Grátias ago tibi, Dómine Jesu Christe, pro grátia singulári, qua me vilíssimum peccatórem de hoc saéculo nequam eduxísti, et in hoc religiosíssimo Ordine ad solémnem professiόnem admisísti. Dóleo ex toto corde meo, quod grátiae huic non satis respón-

derim et pro tanto beneficio ingrátus fúerim. Detéstor omnes negligéntias in hoc statu commíssas, quod tam parum ad eius perfectiõnem aspiráverim. Ignósce mihi Deus, véniae largítor, et da, ut nunc tandem tua grátia incípíam, sicuti ex ánima cúpio, propóno ac desídero. Quodsi me votis nondum abstrinxíssem, nunc sane id fácerem, ideóque quanta devotiõne possum, illa nunc renóvo illísque meípsum tibi in uniõne sacrosánctae oblatiõnis, qua seípsum pro nobis a primo sanctíssimae incarnatiõnis tuae instánte ad mortem usque Patri obtulísti, ímmolo, et novo fervóre vóveo et promítto Deo omnipoténti, beátae Maríae Vírgini et beáto P. Francíscó et ómnibus Sanctis, toto témpore vitae meae serváre régulam fratrum Minórum per Dóminum Papam Honorium confirmátam: vivéndo in obediéntia, sine próprio et in castitáte.

Verumtámen quia ad haec implénda me nimis tépidum et infirmum agnósco, rogo te misericordíssime Jesu, ut, qui dedísti mihi ponéndi voluntátem, tríbuas étiam exequéndi facultátem, meque ita dírigas, ut non mihi, sed tibi soli vivam, omnésque

Ordinis observántias et quidquid ánimae meae perfectiónem promovére potest summo stúdio ampléctar, ad majórem nóminis tui glóriam, qui es Deus benedíctus in saécula. Amen.

Reliqua ut in die professionis, vide pag. 99.

Sequitur solemnis Missae celebratio, qua absoluta, celebrans intonat Hymnum Te Deum, vide pag. 31, quem fratres prosequuntur. Dein dicit:

℟. Benedicámus Patrem et Fílium cum sancto Spíritu.

℞. Laudémus et superexaltémus eum in saécula.

OREMUS.

DEUS, cuius misericórdiae non est número, et bonitátis infinítus est thesáurus: píssimae majestáti tuae pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes, ut qui peténtibus postuláta concédís, eósdem non désrens ad praémia futúra dispónas. Per Christum Dóminum nostrum.

℞. Amen.

Fratres discedunt.

IN RECEPTIONE PRAELATORUM
IN ORDINE NOSTRO.

IN RECEPTIONE PRAELATI, SEU LEGATI.

Fit processio obviam Praelato extra fores ecclesiae, illoque ingresso in ecclesiam, si est Episcopus aut Presbyter Cardinalis, cantores incipiunt et prosequuntur Antiphonam:

Sacerdos et Póntifex, et virtútum ópifex,
pastor bone in pópulo, sic placuísti Dómino.

Vel Responsorium:

Ecce sacerdos magnus, qui in diébus
suis plácuit Deo: * Ideo jurejurándo fecit
illum Dóminus créscere in plebem suam.

ᵛ. Benedictionem ómnium géntium dedit
illi, et testaméntum suum confirmávit super
caput eius.

Ideo. Gloria Patri. Ideo.

Quodsi Legatus dumtaxat sit Diaconus
Cardinalis, cantatur Responsorium:

Fidélis namque et prudens dispensátor in
magni patrisfamílias domo constitútus erat:

* Ut consérvis suis mensúran erogáret.

Ÿ. Pro salutē et augmentō gregis sibi
commīssi cura pervigili sollicitus erat.

Ut conservis.

Sin vero duo vel plures simul recipiendi
sint Legati, cantatur Antiphona:

Vos estis cives Sanctōrum et domēstici
Dei, superaedificāti supra fundamentum
Apostolōrum et Prophetārum.

Interim processio dirigitur ad sanctua-
rium, ibique Legato in genuflexorio pro-
cumbente, ceteris genuflexis in plano, Su-
perior in cornu epistolae, stans versus Le-
gatum, dicit:

Ÿ. Protēctor noster aspice, Deus.

Ŗ. Et respice in faciē Christi tui.

Ÿ. Salvum fac servum tuum.

Ŗ. Deus meus, sperāntem in te.

Ÿ. Mitte ei, Dōmine, auxiliū de Sancto.

Ŗ. Et de Sion tuere eum.

Ÿ. Nihil proficiat inimicus in eo.

Ŗ. Et filius iniquitātis non appōnat no-
cere ei.

Ÿ. Dōmine, exaudi orationē meam.

Ŗ. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dōminus vobiscum.

Ŗ. Et cum spīritu tuo.

OREMUS.

OMNIPOTENS, sempitérne Deus, qui facis mirabília magna solus, praeténde super hunc fámulum tuum et cunctas congregatiónes illi commíssas, Spíritum grátiae tuae salutáris: et ut in veritáte tibi compláceat, perpétuum ei rorem tuae benedictiÓNis infúnde. Per Christum Dóminum nostrum.

R̄. Amen.

Si Praelatus est Diaconus Cardinalis,
ŷ. Protector noster **omittitur.**

His dictis intonatur Antiphona cum Versiculo de Patrono ecclesiae; dum cantatur ŷ. Praelatus surgit, ascendit altare et in cornu epistolae, stans ad ipsum altare versus, dicit orationem de Patrono; denique in medio altaris dat benedictionem solemnem dicens:

Sit nomen Dómini benedíctum, etc.

Post haec omnes Chorum ingrediuntur.

IN RECEPTIONE ET VISITATIONE
P. MINISTRI GENERALIS.

Processio fratrum aliquantulum extra dirigitur fores ecclesiae obviam P. Ministro, quo praesente receptoque cantores inchoant: Te Deum etc., v. pag. 31, quem prosequuntur fratres, dum processio iterum pergit ad ecclesiam. Quo pervento Hymnoque expleto, duo acolythi cantant:

✠. Benedicamus Patrem, et Filium cum sancto Spíritu.

℞. Laudemus, et superexaltemus eum in saecula.

✠. Panem de caelo praestitisti eis.

℞. Omne delectamentum in se habentem.

✠. Emitte Spíritum tuum, et creabuntur.

℞. Et renovabis faciem terrae.

✠. Ora pro nobis, sancta Dei. Génitrix.

℞. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

✠. Signasti, Dómine, servum tuum Franciscum.

℞. Signis redemptionis nostrae.

Minister Generalis cantat:

OREMUS.

DEUS cuius misericórdiae non est númerus, et bonitátis infinitus est thesáurus: piíssimae majestáti tuae pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; ut qui peténtibus postuláta concédís eósdem non déserens, ad praémia futúra dispónas.

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuae memóriam reliquisti: tríbe quaesumus, ita nos Córporis et Sanguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptionis tuae fructum in nobis júgiter sentiámus.

Deus, qui corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti; da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de eius semper consolatióne gaudére.

Concéde nos fámulos tuos, quaesumus, Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitate gaudére: et gloriósa beatae Mariáe Vírginis intercessióne, a praesénti liberári tristítia, et aetérna pérfrui laetítia.

Deus, qui Ecclesiám tuam beati P. N. Francisci méritis foetu novae prolis amplílicas: tríbe nobis ex eius imitatióne ter-

rēna despícere et coeléstium donórum semper participatióne gaudére.

Actiões nostras, quaesumus Dómine, aspirádo praeveni et adjuvádo proséquere, ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat, et per te coepta finiátur. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Dein postquam aliquantisper adhuc oravit, altare ascendens, benedictionem fratribus impertit, dicens:

Benedícat vos omnípotens Deus Pater et Fílius, et Spíritus sanctus. Amen.

Deinde Ministro sedenti fratres bini accedentes et genuflexi manum osculantur, quo facto conventum cum omnibus ingreditur.

In fine S. Visitationis fratribus generalem absolutionem impertitur ut habetur pag. 34.

Ante discessum P. Ministri e conventu fratres ad ecclesiam accedunt, et ibi ante altare Minister, stans in cornu epistolae, dicit cum fratribus Psalmum De profundis, dein Antiphonam Si iniquitates, Kyrie, eleison, etc. Pater noster.

℣. Et ne nos indúcas in tentatióne.

℞. Sed líbera nos a malo.

Ÿ. A porta ínferi.

℞. Erue, Dómine, ánimas eórum.

Ÿ. Requiéscant in pace.

℞. Amen.

Ÿ. Dómine, exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

OREMUS.

DEUS cuius miseratióne ánima^e fidélium requiéscunt, fámulis et famulábus tuis ómnibus hic et ubíque in Christo quiescéntibus, da propítius véniam peccatórum: ut a cunctis reátibus absolúti tecum sine fine laeténtur. Per Christum Dóminum nostrum.

℞. Amen.

Comitatur P. Generalis a religiosis usque ad portam ecclesiae.

In Visitatione conventuum Provinciae a Ministro Provinciali, respectivo Comissario Generali vel Provinciali, omnia peragantur ut hic dictum est.

IN CELEBRATIONE
CAPITULORUM NOSTRORUM.

In Celebratione Capituli Generalis.

Statuto die, ad missam conventualem de Spiritu sancto, post elevationem, dicitur Hymnus Veni Creator cum respectivis Versiculis et Orationibus (vide pag. 94). Praelectis dein praelegendis e Constitutionibus nostris necnon Pontificum Decretis de electione legitima, dicitur a Capitularibus Confiteor, et Praeses Capituli eisdem absolutionem impertitur hoc modo.

Misereatur vestri etc. Indulgentiam etc. Deinde: Dominus noster Jesus Christus etc. ut in pagina 35.

Hisce peractis intonatur Hymnus Veni Creator (pag. 94) ac dein:

℣. Emitte Spiritum tuum et creabuntur.

℟. Et renovabis faciem terrae.

℣. In conceptione tua, Virgo, immaculata fuisti.

℟. Ora pro nobis Patrem, cuius Filium peperisti.

Ÿ. Ora pro nobis, beáte Pater Francísce.

℞. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Ÿ. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.

℞. Et osténdit illi regnum Dei.

Ÿ. Dómine, exáudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti, da nobis in eódem Spíritu recta sápere et de eius semper consolatióne gaudére.

Deus, qui per immaculátam Vírginis conceptionem dignum Fílio tuo habitáculum praeparásti; quaesumus: ut, qui ex morte eiusdem Fílii tui praevisa, eam ab omni labe praeservásti, nos quoque mundos eius intercessióne ad te pervenire concédas.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Patris nostri Francísci méritis foetu novae prolis amplíficas, tríbue nobis ex eius imitatióne

terréna despícere et coeléstium donórum semper participatióne gaudére.

Ecclésiám tuam beáti Antónii, Confessoris tui, commemoratió votíva laetíficet, ut spirituálibus semper muniátur auxiliis et gáudiis pérfrui mereátur aetérnis.

Actiões nostras, quaésumus Dómine, aspirándo praéveni et adjuvándo proséquare, ut cuncta nostra orátio et operátio, atque eléctio a te semper incípiat et per te coepta finiátur. Per Christum Dóminum nostrum.

ÿ. Amen.

Et dicuntur 5 Pater et Ave expansis manibus. Postea modo consueto fit a Vocalibus

Juramentum.

Ego Fr. N. juro ac promítto Deo omnipoténti, B. Maríae Vírgini, Seráphico Patri nostro Francíscó et ómnibus Sanctis, me in hac electiõe Mínistri Generális et Definitórum Generálium iis datúrum meum votum, quos in consciéntia mea meliões et aptiões judicávero. Ita me Deus ádjuvet.

Electionibus peractis instituitur processio ad ecclesiam, recitando interim Hymnum

Te Deum. **Ante altare dein duo Definitores juniores cantant**

Ÿ. Benedicámus Patrem et Fílium cum sancto Spíritu.

R. Laudémus, et superexaltémus eum in saécula.

Ÿ. Confirma hoc, Deus, quod operátus es in nobis.

R. A templo sancto tuo, quod est in Jerúsalem.

Ÿ. Salvum fac servum tuum N.

R. Deus meus, sperántem in te.

Ÿ. Mitte ei, Dómine, auxiliúm de Sancto.

R. Et de Sion tuére eum.

Ÿ. Dómine, exáudi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Dein primus Definitor dicit

OREMUS.

DEUS cuius misericórdiae non est númerus et bonitátis infínitus est thesáurus: piíssimae majestáti tuae pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes, ut qui peténtibus postuláta

concedis, eisdem non deserens ad praemia futura disponas.

Omnipotens sempiternus Deus, miserere famulo tuo Ministro nostro N., et dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis aeternae, ut te donante tibi placita cupiat et tota virtute perficiat.

Concede nos famulos tuos, quaesumus Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beatae Mariae semper Virginis intercessione a praesenti liberari tristitia, et aeterna perfrui laetitia.

Deus qui Ecclesiam tuam beati P. N. Francisci meritis foetu novae proles amplificas, tribue nobis ex eius imitatione terrena despiciere et coelestium donorum semper participatione gaudere.

Actiones nostras, quaesumus, Domine, aspirando praeveni et adjuvando proseguere: ut cuncta nostra oratio et operatio atque electio a te semper incipiat et per te coepta finiatur. Per Christum Dominum nostrum.

¶. Amen.

Sequitur manuum deosculatio novo Ministro Generali praestita a Vocalibus, ac dein more solito impertitur benedictio cum Sanctissimo.

In Celebratione Capituli Provincialis.

Convocato rite Capitulo per Ministrum Provinciale, Vocalibusque adunatis, pridie diei Capituli, post Vesperas ac durante Missa conventuali, tum in loco Capituli, quam in omnibus aliis conventibus dicitur Hymnus: Veni Creátor cum precibus et Orationibus (ut supra pag. 94) et quidem hac die ac tribus diebus subsequentibus.

Praelectis, die Capituli, praelegendis e Constitutionibus ac Pontificum Decretis, ut supra dictum et habetur in Coeremoniali n. 1625, data quoque absolute a censuris ecclesiasticis, invocato insuper Spiritu sancto, et juramento emisso (ut supra pag. 128), proceditur ad electionem Definitorum et Provincialis modo sueto. Peracta electione instituitur processio et reliqua peraguntur omnia, mutatis mutandis, ut supra dictum (pag. 128).

IN ADMINISTRANDIS

SACRAMENTIS MORIBUNDORUM.

In administrando S. Communionem.

Dum instituitur processio ad cubiculum infirmi, Sacerdos gestans Ss. Sacramentum incipit Psalmum Miserére, quem omnes alternatim recitantes prosequuntur.

Ad cubiculi ingressum Sacerdos dicit: Pax huic dómui. ✠. Et ómnibus habitántibus in ea.

Dein deposito Sanctissimo, aqua benedicta aspergit infirmum et cubiculum dicens:

Aspérges me, Dómine, hyssopo et mundábor; lavábis me et super nivem dealbábor.

Miserére mei Deus, secúndum magnam misericórdiam tuam.

Gloria Patri etc.

Aspérges me Dómine etc.

✠. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

- ℞. Qui fecit coelum et terram.
℣. Dómine, exáudi oratióem meam.
℞. Et clamor meus ad te véniat.
℞. Dóminus vobíscum.
℞. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

EXAUDI nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus: et mittere dignéris sanctum Angelum tuum de coelis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

Quibus peractis infirmus renovat sacram professionem ut sequitur:

Ego Fr. N. vóveo et promitto Deo omnipoténti, beátae Maríae Vírgini, B. Francisco et ómnibus Sanctis, et tibi Pater, toto témpore vitae meae serváre Régulam fratrum Minórum per Dóminum Papam Honoríum confirmátam, vivéndo in obediéntia, sine próprio et in castitéte.

Recitatur Confíteor ab infirmo vel eius nomine a Ministro. Sacerdos vero de more dicit:

Misereátur tui etc.

Indulgéntiam etc.

Ecce Agnus Dei etc. Et porrigit moribundo S. Hostiam sub praescripta formula:

Accipe, frater, Viaticum Córporis Dómini nostri Jesu Christi, qui te custódiat ab hoste maligno et perdúcat in vitam aetérnam. Amen.

Quodsi Communio ministretur ex devotione tantum, dicit: Corpus Dómini etc.

Digitis ablutis Sacerdos dicit:

ŷ. Dóminus vobíscum.

ŝ. Et cum spírítu tuo.

OREMUS.

DOMINE sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus, te fidéliter deprecámur, ut accipiénti fratri nostro sacrosánctum Corpus Dómini nostri Jesu Christi, Fílii tui, tam córpori quam ánimae prosit ad remédium sempitérnum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus sancti Deus, per ómnia saécula saeculórum. Ŕ. Amen.

Revertitur processio ad ecclesiam et interim recitatur Psalmus Laudáte Dóminum de cœlis etc.

Ad Altare deposito Ss. Sacramento dicit Sacerdos:

✠. Panem de coelo etc. Dóminus vobíscum etc. cum Oratione: Deus qui nobis sub Sacraménto etc. sub longiori conclusione. Dein annuntiat Indulgentias concessas Ss. Sacramentum comitantibus et facit signum crucis super praesentes cum Ss. Sacramento in Pyxide, nihil dicens.

IN ADMINISTRANDO
EXTREMAM UNCTIONEM.

Procedunt fratres processionaliter ad locum infirmi recitantes interea Psalmum Miserére. Intrans cubiculum Sacerdos vasculum cum s. Oleo deferens, dicit:

✠. Pax huic dómui. ✠. Et ómnibus habitántibus in ea.

Post deposito s. Oleo, infirmum et cubiculum cum astantibus aspergit aqua lustrali, dicens:

Aspérges me Dómine etc. cum Vers. et Oratione ut supra (pag. 132). Postea dicit:

✠. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit coelum et terram.

Ŷ. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

OREMUS.

INTROEAT, quaésumus Dómine Jesu Christe, domum hanc sub nostrae humilitátis ingrèssum, aetérna felícitas, divína prospérítas, seréna laetítia, chárítas fructuósa, sánitas sempitérna: effúgiat ex hoc loco accéssus daémonum: ádsint Angeli pacis, domúmque hanc déserat omnis málgna díscórdia. Magnífica Dómine super nos nomen sanctum tuum, et benedíc † conversatióni nostrae: sanctífica nostrae humilitátis ingrèssum, qui sanctus et pius es et permánes cum Patre et Spírítu sancto in saécula saeculórum. Amen.

Orémus et deprecémur Dóminum nostrum Jesum Christum, ut benedicendo benedícát † hoc tabernáculum et omnes habitántes in eo; et det eis Angelum bonum custódem, et fáciat eos sibi servíre ad consideréndum mirabília de lege tua: avértat ab eis omnes contrárias potestátes: erípiat eos de omni formídine et ab omni per-

turbatióne ac sanos in hoc tabernáculo custodire dignétur. Qui cum Patre et Spíritu sancto vivit et regnat Deus, in saécula saeculórum. Amen.

OREMUS.

EXAUDI nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus: et mittere dignéris sanctum Angelum tuum de coelis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Facta tunc de more Confessione generali, Sacerdos dicit: Misereátur vestri etc. Indulgéntiam etc. Mox orat super infirmum:

In nómine Patris **†** et Filii et Spíritus **†** sancti extingúatur in te omnis virtus diáboli per impositionem mánuum nostrárum et per invocationem ómnium sanctórum Angelórum, Archangelórum, Patriarchárum, Prophetárum, Apostolórum, Mártyrum, Confessórum, Vírginum, atque ómnium simul Sanctórum. Amen.

Hic ungit infirmum modo consueto ut sequitur.

Ad oculos.

Per istam sanctam Ucciónem † et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Deus, quidquid per visum deliquísti. Amen.

Ad aures.

Per istam sanctam Ucciónem † et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus, quidquid per auditum deliquísti. Amen.

Ad nares.

Per istam sanctam Ucciónem † et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus, quidquid per odorátum deliquísti. Amen.

Ad os compressis labiis.

Per istam sanctam Ucciónem † et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus, quidquid per gustum et loquélam deliquísti. Amen.

Ad manus.

Per istam sanctam Ucciónem † et

suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus, quidquid per tactum deliquísti. Amen.

Ad pedes.

Per istam sanctam Ucciónem † et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus, quidquid per gressum deliquísti. Amen.

Ad lumbos seu renes.

Per istam sanctam Ucciónem † et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus, quidquid per lumbórum delectationem deliquísti. Amen.

Dein dicit:

Kyrie, eléison. Chríste, eléison. Kyrie, eléison.

Pater noster.

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentationem.

℞. Sed líbera nos a malo.

Ÿ. Salvum fac servum tuum.

℞. Deus meus, sperántem in te.

Ÿ. Mitte ei Dómine, auxiliúm de Sancto.

℞. Et de Sion tuére eum.

Ÿ. Esto ei, Dómine, turris fortitudinis.

℞. A facie inimíci.

℣. Nihil proficiat inimícus in eo.

℞. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

OREMUS.

DOMINE Deus, qui per Apóstolum tuum Jacóbum locútus es: Infirmátur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, et orent super eum, ungentes eum Oleo in nómine Dómini: et oratio fidei salvábit infirmum et alleviábit eum Dóminus: et si in peccátis sit, remitténtur ei; cura, quaesumus, Redemptor noster, grátia sancti Spírítus languóres istíus infirmi eiúsque sana vúlnera, et dímítte peccáta, atque dolóres cunctos mentis et córporis ab eo expélle, plenámque intérius exteriúsque sanitátem misericórditer redde, ut ope misericórdiæ tuæ restitútus ad prístina offícia reparétur. Qui cum Patre et Spírítu sancto vivis et regnas Deus, in saécula saeculórum. Amen.

OREMUS.

RESPICE, quaesumus Domine, famulum tuum N. in infirmitate corporis sui fatiscentem, et animam refove, quam creasti, ut castigationibus emendatus, continuo se sentiat tua medicina salvatum. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

OREMUS.

DOMINE sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus, qui benedictionis tuae gratiam aegris infundendo corporibus facturam tuam multiplici pietate custodis: ad invocationem tui Nominis benignus assiste, ut famulum tuum ab aegritudine liberatum et sanitate donatum dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque Ecclesiae tuae sanctae, cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Post haec, asperso infirmo aqua benedicta, eidem impertit benedictionem S. P. N. Francisci, dicens:

Benedicat tibi Deus et custodiat te. Estén-

dat faciē suam tibi et misereatur tui, convertat vultum suum ad te et det tibi pacem. Dóminus benedícat te † et liberet te ab ómnibus malis. Amen.

Revertuntur omnes recitantes Psalmum
Laudáte Dóminum de coelis.

APOSTOLICA BENEDICTIO

IN ARTICULO MORTIS IMPERTIENDA.

Sacerdos stola violacei coloris indutus intras cubiculum infirmi orat:

Pax huic dómui.

ꝛ. Et ómnibus habitántibus in ea.

Tum aspergit infirmum et cubiculum dicens:

Ant. Aspérges me, Dómine, hyssopo et mundábor, lavábis me et super nivem dealbábor.

Miserére mei Deus secúndum magnam misericórdiam tuam.

Glória Patri **etc.** Sicut erat **etc.**

Asperges me **etc.**

Et conversus ad infirmum Sacerdos precatur.

Ÿ. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit coelum et terram.

Ant. Ne reminiscáris Dómine delícta fámulí tui: neque vindíctam sumas de peccátis eius.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater noster.

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

Ÿ. Salvum fac servum tuum.

R. Deus meus, sperántem in te.

Ÿ. Dómine, exáudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

OREMUS.

CLEMENTISSIME Deus, Pater misericordiárum et Deus totíus consolatiónis, qui néminem vis períre in te credéntem atque sperántem: secúndum multitudínem miseratiónum tuárum réspice propítius famulum

tuum N. quem tibi vera fides et spes christiána comméndant. Vísta eum in salutári tuo, et per Unigéniti tui passiónem et mortem ómnium ei delictórum suórum remissionem et véniam cleménter indúlge: ut eius ánima, in hora éxitus sui, te júdicem propitiátum invéniat et in sángine eiúsdem Fílii tui ab omni mácula ablúta transíre ad vitam aetérnam mereátur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

✠. Amen.

**Dicitur Confiteor; et Sacerdos facta ab-
solutione Misereátur etc. prosequitur:**

Dóminus noster Jesus Christus, Filius Dei vivi, qui beáto Petro Apóstolo suo dedit potestátem ligándi atque solvéndi, per suam piússimam misericórdiam recípiat confessiónem tuam et restítuat tibi stolam primam, quam in baptísmate recepísti: et ego facultáte mihi ab Apostólica Sede tribúta, indulgéntiam plenáriam et remissionem peccatórum tuórum tibi concédo. In nómine Patris † et Fílii et Spíritus sancti. Amen.

Per sacrosáncta humánae reparatiónis mystéria, remíttat tibi omnípotens Deus ómnia praesentis et futúrae vitae poenas, paradísi

portas apériat, et ad gáudia sempitérna perdúcat. Amen.

Benedícat te omnípotens Deus, Pater † et Filius et Spíritus sanctus. Amen.

Quodsi mors urgeat, dicat:

Indulgéntiam plenáriam et remissionem ómnium peccatórum tibi concédo. In nómine Patris, † et Filii, et Spíritus sancti. Amen.

IN DEPOSITIONE CONFRASTRUM SEU EXEQUIIS.

Antequam efferatur corpus mortui, Superior superpellicio et stola nigra indutus illud aspergit et mox incipit Antiphonam Si iniquitátes, et alternatim dicitur Psalmus De profúndis etc.

In fine Réquiem aetérnam etc.

Si iniquitátes observáveris, Dómine, Dómine, quis sustinébit.

Tunc corpus mortui effertur processionaliter, dum Sacerdos intonat Antiphonam Exultábunt Dómino, et fratres prosequuntur Psalmum Miserére mei Deus etc.

Ad ingressum ecclesiae repetitur a Sacerdote Antiph. Exultábunt Dómino ossa humiliáta.

Ingressi in ecclesiam cantatur a Choro Responsorium Subveníte Sancti Dei: Occúrrite Angeli Dómini, * suscipiéntes ánimam eius, * offeréntes eam in conspéctu Altíssimi.

℣. Suscípiat te Christus, qui vocávit te, et in sinum Abrahae dedúcant te Angeli.

℞. Suscipiéntes ánimam eius, * offeréntes eam in conspéctu Altíssimi.

℣. Réquiem aetérnam dona ei, Domine.

℞. Et lux perpétua lúceat ei.

Offeréntes eam in conspéctu Altíssimi.

Deposito feretro in ecclesia, duo clerici statim incipiunt:

Regem cui ómnia vivunt **etc. Ps.** Veníte exultémus **etc. et dicitur Officium Defunctorum ut in Psalterio. Finita Antiphona post Benedictus: Ego sum resurréctio etc. dicitur Pater noster.**

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos a malo.

℣. A porta ínferi.

℞. Erue, Dómine, ánimam eius.

℣. Requiéscat in pace. ℞. Amen.

℣. Dómine, exáudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

OREMUS.

ABSOLVE, quaésumus Dómine, ánimam fámuli tui ab omni vínculo delictórum: ut in resurrectionis glória inter Sanctos et Eléctos tuos resuscitátus respíret. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

Sequitur Missa solennis de Réquiem, qua finita processio dirigitur ad feretrum, ubi Celebrans, indutus prius pluviali nigri coloris, absolute incipit Orationem.

Non intres in iudícium cum servo tuo, Dómine, quia nullus apud te justificábitur homo, nisi per te ómnium peccatórum ei tribuátur remíssio. Non ergo eum, quaésumus, tua judiciális senténtia premat, quem tibi vera supplicátio fidei christiánae coméndat: sed grátia tua illi succurrénte mereátur evádere iudícium ultiónis, qui dum víveret insignítus est signáculo sanctae Tri-

nitátis: qui vivis et regnas in sáecula saeculórum. *✠*. Amen.

Deinde, intonante Celebrante, Chorus alternatim prosequitur

Responsorium.

I. Chorus. Líbera me, Dómine, de morte aetérna, in die illa treménda: Quando coeli movéndi sunt et terra, * Dum véneris judicáre sáeculum per ignem.

II. Chor. ✠. Tremens factus sum ego, et tímeo, dum discússio vénerit, atque ventúra ira.

I. Chor. Quando coeli movéndi sunt et terra.

II. Chor. ✠. Dies illa, dies irae, calamitátis et misériae: dies magna et amára valde.

I. Chor. Dum véneris judicáre sáeculum per ignem.

II. Chor. ✠. Réquiem aetérnam dona ei Dómine, et lux perpétua lúceat ei.

Repetitur Responsorium: Líbera me, Dómine, de morte aetérna, in die illa treménda; * Quando coeli movéndi sunt et terra: * Dum véneris judicáre sáeculum per ignem.

I. Chorus. Kyrie, eléison.

II. Chor. Christe, eléison.

Omnes: Kyrie, eléison.

Celebr. Pater noster.

Post aspersionem factam et thurificationem supra feretrum dicit:

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatióem.

℞. Sed líbera nos a malo.

Ÿ. A porta ínferi.

℞. Erue, Dómine, ánimam eius.

Ÿ. Requíescat in pace. ℞. Amen.

Ÿ. Dómine, exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

OREMUS.

DEUS, cui próprium est miseréri semper et párcere: te súpplices exorámus pro ánima fámuli tui N. quam hódie de hoc sáeculo migráre jussísti, ut non tradas eam in manus inimíci, neque obliviscáris in finem, sed júbeas eam a sanctis Angelis súscipi et ad pátriam paradísi perdúci; ut quia in te sperávit et crédidit, non poenas inférni sustíneat, sed gáudia aetérna pos-

sídeat. Per Christum Dóminum nostrum.

✠. Amen.

Si defunctus fuerit Sacerdos, dicitur in Oratione: pro anima fámuli tui N. Sacerdótis.

Defertur corpus ad sepulchrum, et interim Chorus cantat

Antiphonam.

In paradísium dedúcant te Angeli: in tuo advéntu suscípíant te Mártyres, et perdúcant in sanctam civitátem Jerúsalem. Chorus Angelórum te suscípíat et cum Lázaro quondam páupere aetérnam hábeas réquiem.

Ad sepulchrum, quodsi non est benedictum, illum benedicit dicens

OREMUS.

DEUS, cuius miseratióne ánimae fidélium requiésunt, hunc túmulum benedícere dignáre, eique Angelum tuum sanctum deputa custódem; et quorum quarúmque cörpera hic sepeliántur, ánimas eórum ab ómnibus absólve vínculis delictórum, ut in te semper cum Sanctis tuis sine fine laeténtur. Per Christum Dóminum nostrum. ✠. Amen.

Aspergit et incensat corpus defuncti et tumulum.

Quodsi sepulchrum jam fuerit benedictum, Celebrans statim incipit Antiphonam: Ego sum, et dicitur Cant. Benedíctus etc. Repetitur Antiphona: Ego sum resurréctio et vita: qui credit in me, etiam si mórtuus fúerit, vivet: et omnis qui vivit et credit in me, non moriétur in aetérnum.

Celebr. Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Pater noster. Interim aspergit corpus et tunc dicit:

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos a malo.

Ÿ. A porta ínferi.

℞. Erue, Dómine, ánimam eius.

Ÿ. Requiéscat in pace. ℞. Amen.

Ÿ. Dómine, exaúdi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

OREMUS.

FAC, quaésumus Dómine, hanc cum servo tuo defúncto misericórdiam, ut factórum suórum in poenis non recípiat vicem,

qui tuam in votis tenuit voluntatem: ut sicut hic eum vera fides junxit fidelium turmis, ita illic eum tua miseratio societ Angelicis choris. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

V. Requiem aeternam dona ei, Domine.

R. Et lux perpetua luceat ei.

V. Requiescat in pace. *R.* Amen.

V. Anima eius, et animae omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace.

R. Amen.

Revertentes a sepulchro fratres dicant Antiphonam Si iniquitates, cum Psalmo De profundis et Requiem aeternam etc. et Oratione Fidelium etc.

IN EXEQUIIS ABSENTE CORPORE DEFUNCTI

ET IN DIE TERTIO, SEPTIMO, TRIGESIMO

ET ANNIVERSARIO.

Statuto die exequiarum, absente corpore defuncti, in ecclesia dicitur Officium Mortuorum cum tribus Nocturnis et Lau-

dibus, vel saltem unum Nocturnum cum tribus Lectionibus et Laudibus, et deinde celebratur Missa de Réquiem. Post Missam Celebrans, deposita casula cum manipulo, accipit pluviale nigri coloris, et praecedentibus clerico cum cruce ac Clero, duobus ceroferariis cum luminaribus accensis ac duobus acolythis naviculam cum thuribulo portantibus, et altero cum vase aquae benedictae et libro rituali, accedit cum Assistente a sinistris ad locum tumuli, ibique a Clero sive Choro cantatur *R.* Líbera me Dómine etc. (pag. 148). Interim ministratur incensum, benedicitur et imponitur in thuribulum. Postea dicitur: Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Celebr. Pater noster. Accipit aspersorium, circuit tumbam aspergens, deinde incensat eodem modo, ut dictum est. Postea dicit:

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. A porta ínferi.

R. Erue, Dómine, ánimam eius.

V. Requíescat in pace.

R. Amen.

V. Dómine, exaúdi oratiónem meam.

- ✠. Et clamor meus ad te veniat.
✠. Dóminus vobiscum.
✠. Et cum spíritu tuo.

— OREMUS.

ABSOLVE, quaesumus Dómine, ánimam fámuli tui N. ut defúnctus saéculo tibi vivat: et quae per fragilitátem carnis humana conversatióne commisit, tu vénia misericordíssima pietátis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum.

✠. Amen.

Vel dicatur Oratio, quae dicta est in Missa, vel alia conveniens.

✠. Réquiem aetérnam dona ei, Dómine.

✠. Et lux perpétua luceat ei.

✠. Requiéscat in pace. ✠. Amen.

Si Officium fuerit pro pluribus defunctis, Oratio et Versiculi dicantur in numero plurali. Si defunctus fuerit Sacerdos, vel Episcopus, in Oratione exprimitur nomen dignitatis etc.



PARS III.

Benedictiones.

In omni benedictione extra Missam, Sacerdos saltem superpellicio et stola pro ratione temporis utatur, nisi aliter notetur. Stando semper benedicat, et aperto capite.

I. BENEDICTIONES RESERVATAE.

Benedictio sacerdotalium indumentorum generatim.

✠. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℞. Qui fecit coelum et terram.

✠. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

ORE MUS.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui per Móysen fámulum tuum pontificália,

et sacerdotália, seu levítica vestiménta, ad expléndum in conspéctu tuo ministérium eórum, ad honórem et decórem nóminis tui fieri decrevísti: adésto propítius invocatió- nibus nostris: et haec induménta sacerdo- tália, désuper irrigánte grátia tua, ingénti benedictióne per nostrae humilitátis serví- tium puri † ficáre, bene † dícere, et conse † cráre dignéris: ut divínis cúl- tibus et sacris mystériis apta et benedícta exístant: his quoque sacris véstibus Pontífices, et Sacer- dótes, seu Levítae tui indúti, ab ómnibus impulsiónibus, seu tentatió- nibus malignó- rum spirítuum muníti et defénsi esse me- réántur; tuisque mystériis apte et condígne servíre et inhaérere, atque in his tibi plá- cite et devóte perseveráre tríbue. Per Chri- stum Dóminum nostrum. *¶* Amen.

OREMUS

DEUS, invíctae virtútis triumphátor, et ómnium rerum creátor ac sanctifi- cátor, inténde propítius preces nostras: et haec induménta levíticae, sacerdotális, et pontificális gló- riae, ministris tuis fruéndá, tuo ore próprio bene † dícere, sancti † ficáre

et consecrâre † digneris: omnésque, eis utentes, tuis mystériis aptos, et tibi in eis devôte ac laudâbîliter serviêntes, gratos effîcere digneris. Per Dóminum nostrum Jesum Christum *etc.*

R. Amen.

OREMUS.

DOMINE Deus omnípotens, qui vestiménta Pontificibus, Sacerdótibus et Levítis, in usum tabernáculi foéderis necessária, Móysen fámulum tuum ágere jussísti, eúmque spírítu sapiéntiae ad id peragéndum imbuísti: haec induménta in usum et cultum mystérii tui bene † dícere, sanctifi † cáre, et conse † crâre digneris; atque ministros altáris tui qui ea induerint septiformis Spírítus grátia dignânter repléri, atque castitátis stola, beáta fácias, cum bonórum fructu operum, ministérii congruêntis immortalitáte vestíri. Per Christum Dóminum nostrum.

Aspergit indumenta aqua benedicta.

Benedictio specialis cuiuslibet indumenti.

(E PONTIFICALI ROMANO)

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℞. Qui fecit coelum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DEUS omnipoténs, bonárum virtútum dator, et ómnium benedictiónum largus infúsor, súpplices te rogámus, ut má nibus nostris opem tuae benedictiónis infundas, et has cáligas et sandália, **vel** amíctum, **vel** álbam, **vel** cingulum, **vel** stolam, **vel** manípulum, **vel** tunicéllam, **vel** dalmáticam, **vel** planétam, divíno cúltoi praeparátam, virtúte sancti Spíritus bene † dícere, sancti † ficáre, et conse † cráre dignéris: et ómnibus ea, vel eis uténtibus grátiam sanctificatiónis sacri mystérii tui benígnus concéde; ut in conspéctu tuo sancti et immaculáti atque irrepressíbles appáreant, et auxiliium misericórdiae tuae acquirant. Per Dó-

minum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte eiúsdem Spíritus sancti Deus, per ómnia saécula saeculórum. *R.* Amen.

Deinde aspergit ea aqua benedicta.

Benedictio mapparum

SIVE LINTEAMINUM ALTARIS.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit coelum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

EXAUDI, Dómine, preces nostras et haec linteámina sacri altáris úsui praeparáta, bene † dícere, † sancti † ficáre dignéris. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

OREMUS.

DOMINE Deus omnípotens, qui Móysen fámulum tuum, ornáméta et linteá-

mina fácere per quadragínta dies docuísti: quae étiam María téxuit, et fecit in usum ministérii et tabernáculi foéderis, bene † dícere, sancti † ficáre et conse † cráre dignéris haec linteámina ad tegéndum, involvendúm-que altáre gloriosíssimi Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit et re-
gnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per
omnia saécula saeculórum.

℞. Amen.

Dein aspergit aqua benedicta.

Benedictio Corporalium et Purificatoriorum.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dó-
mini.

℞. Qui fecit coelum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

CLEMENTISSIME Deus, cuius inenarrá-
bilis est virtus, cuius mystéria arcánis
mirabílibus celebrántur: tríbue quaesumus,
ut hoc linteámen tuae propitiatiónis be-

ne † dictione sanctificetur ad consecrandum
super illud corpus et sanguinem Dei et
Domini nostri Jesu Christi Filii tui: Qui
tecum vivit et regnat in unitate Spiritus
sancti Deus, etc.

R. Amen.

OREMUS.

OMNIPOTENS sempiterna Deus, bene †
dicere, sancti † ficare, et conse † crare
digneris linteamen istud ad tegendum, in-
volvendumque corpus et sanguinem Do-
mini nostri Jesu Christi Filii tui: Qui te-
cum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti
Deus, per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

OREMUS.

OMNIPOTENS Deus, manibus nostris
opem tuae benedictionis infunde: ut
per nostram bene † dictionem hoc linteamen
sanctificetur, et corporis ac sanguinis
Redemptoris nostri novum sudarium, Spi-
ritus sancti gratia efficiatur. Per eundem
Dominum nostrum Jesum Christum Fi-
lium tuum: Qui tecum vivit et regnat in

unitate eiusdem Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

Benedictio Tabernaculi

SEU VASculi PRO SACROSANCTA EUCHARISTIA.

Ÿ. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit coelum et terram.

Ÿ. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, maiestatem tuam supplices deprecámur: ut vasculum hoc, pro corpore Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi in eo condéndo fabricátum, bene † dictionis tuae grátia dicere dignéris. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat etc.

R. Amen.

Dein aqua benedicta illud aspergit.

Methodus pro erigenda Via Crucis.

Sacerdos, superpelliceo et stola violacei coloris indutus, uno saltem clerico adhibito, qui, opportuno tempore, porrigere ei queat vasculum aquae benedictae cum aspersorio, et thuribulum cum incensi navicula, ascendit altare, ibique stans, brevi sermone super praestantia et utilitate pii exercitii Viae crucis populum admonet. Deinde genuflexus in infimo gradu altaris intonat Hymnum:

Veni Créator Spíritus etc., pag. 94.

Ÿ. Emítte Spíritum tuum, et creabúntur.

Ŕ. Et renovábis fáciem terrae.

— OREMUS.

DEUS, que corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti, da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de eius semper consolatióne gaudére.

Defénde, quaesumus Dómine, beáta María semper Vírgine intercedénte, pópulum istum (famíliam istam) ab omni adversitáte, et toto corde tibi prostrátum (pro-

strátam) ab hóstium propítius tuére cle-
ménter insídiis.

Actiões nostras, quaesumus Dómine,
aspirádo praéveni et adjuvádo prosé-
quere: ut cuncta nostra orátio et operátio
a te semper incípiat et per te coepta fi-
niátur. Per Dóminum nostrum Jesum Chri-
stum *etc.*

R. Amen.

*Tunc Sacerdos benedicit tabulas pictas
dicens :*

V. Adjutórium nostrum in nómine Dó-
mini.

R. Qui fecit coelum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

OREMUS

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui San-
ctórum tuórum imáges sculpi aut
pingi non réprobas, ut quóties illas oculis
córporis intuémur, tóties eórum actus et
sanctitátem ad imitándum memóriæ óculis
meditémur; has, quaesumus, imáges, in
honórem et memóriam unigéniti Fílii tui
Dómini nostri Jesu Christi adaptátas, be-

ne † dicere et sancti † ficare digneris, et praesta, ut quicumque coram illis unigenitum Filium tuum suppliciter colere, et honorare studuerit, illius meritis et obtentu a te gratiam in praesenti, et aeternam gloriam obtineat in futuro. Per eundem Christum *etc.*

R. Amen.

Post haec benedicit cruces (quae ex ligno esse debent).

OREMUS.

ROGAMUS te, Domine sancte, Pater omnipotens, sempiternus Deus, ut digneris bene † dicere haec signa crucis, ut sint remedia salutaria generi humano; sint soliditas fidei, bonorum operum profectus et redemptio animarum: sint solamen et protectio ac tutela contra saeva jacula inimicorum. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

OREMUS.

BENE † DIC, Domine, has cruces, quia per crucem sanctam tuam eripuisti mundum a potestate daemonum, et supe-

rásti passióne tua suggestórem peccáti, qui gaudébat in praevaricatióne primi hóminis per ligni vétiti sumptiónem.

Dein Sacerdos eas aspergens dicat:

Sanctificéntur ista crucis signa in nómine Patris et Fílii et Spíritus sancti: ut orántes inclinantésque se propter Deum ante istas cruces, invéniant sanitátem ánimae et córporis. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Deinde cantatur sequens:

HYMNUS.

VEXILLA Regis pródeunt, * Fulget Crucis mystérium, * Qua vita mortem pértulit, * Et morte vitam prótulit.

Quae vulneráta lánceae * Mucróne diró críminum * Ut nos laváret sórdibus, * Manávit unda et ságuine.

Impléta sunt, quae cóncinit, * David fidéli cármine, * Dicéndo natióibus: * Regnávit a ligno Deus.

Arbor decóra et fúlgida, * Ornáta Regis púrpura, * Elécta digno stípíte, * Tam sancta membra tángere.

Beáta, cuius bráchiis * Prétium pepéndit
saéculi, * Statéra facta córporis, * Tulítque
praedam tártari.

O Crux, ave, spes única, * Hoc passiónis
témptore, * Piis adáuge grátiam, * Reisque
dele crímina.

Te fons salútis, Trínitas, * Colláudet
omnis spíritus: * Quibus Crucis victóriam *
Largíris, adde praémium. Amen.

Loco Versus: Hoc passiónis témptore,
qui dicitur tempore Passionis, tempore Pa-
schali dicitur: Paschále qui fers gáudium;
alio tempore: In hac triúmphi glória.

HYMNUS.

STABAT Mater dolorósa * Juxta crucem
lacrymósa, * Dum pendébat Fílius.

Cuius ánimam geméntem, * Contristátam
et doléntem, * Pertransívit gládius.

O quam tristis et afflícta * Fuit illa be-
nedícta, * Mater Unigéniti!

Quae moerébat et dolébat, * Pia mater,
dum vidébat * Nati poena íncltyi.

Quis est homo qui non fleret, * Matrém
Christi si vidéret * In tanto supplicio?

Qui non posset contristári, * Christi matrem contemplári, * Dolentem cum Fílio?

Pro peccátis suae gentis * Vidit Jesum in tormentis, * Et flagéllis súbditum.

Vidit suum dulcem Natum * Moriéndo desolátum, * Dum emísit spíritum.

Eja mater, fons amoris, * Me sentíre vim dolóris * Fac ut tecum lúgeam.

Fac ut árdeat cor meum, * In amándo Christum Deum, * Ut sibi compláceam. Amen.

Sacerdos nunc, accedens ad locum primae stationis, osculatur cruces et tabulam, easque vel per se, vel per laicum decenti habitu indutum, collocat in loco ad id praeparato; dein legit meditationem et preces huic stationi respondentes: quod fiet et in ceteris stationibus. Quibus finitis cantatur Hymnus Te Deum, pag. 31.

✠. Benedicámus Patrem et Filium, cum sancto Spíritu.

℞. Laudémus et superexaltémus eum in saécula.

OREMUS.

DEUS, cuius misericórdiae non est númerus, et bonitátis infinítus est thesáurus:

piíssimae majestáti tuae pro collátiis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exoránte; ut qui peténtibus postuláta concédís, eósdem non déserens, ad praémia futúra dispónas. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Tunc Sacerdos benedicit populum cum cruce.

Formula ad fidem faciendam de erectione Viae crucis.

Vigóre facultátis mihi commíssae, ego N. N. Viam crucis cum annexis Indulgéntiis eréxi in loco N. N. juxta régulas a S. Indulgentiárum Congregatióne, die 10 Maji 1742 praescriptas. In quorum fidem testimonium hoc mea manu exarávi, hac die etc.

II. BENEDICTIONES COMMUNES.

Ordo ad faciendam Aquam benedictam.

Diebus Dominicis, et quaecumque opus fuerit, praeparato sale et aqua munda benedicenda in ecclesia, vel in sacristia, Sa-

cerdos superpelliceo et stola violacea indutus,
primo dicit:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℞. Qui fecit coelum et terram.

Deinde absolute incipit exorcismum salis:

EXORCIZO te creatura salis per Deum †
vivum, per Deum † verum, per Deum †
sanctum, per Deum, qui te per Elisaëum
Prophetam in aquam mitti jussit, ut sana-
retur sterilitas aquae: ut efficiaris sal exor-
cizatum in salutem credentium, et sis om-
nibus sumentibus te sanitas animae et cor-
poris, et effugiat atque discédat a loco, in
quo aspersionis fueris, omnis phantasia et ne-
quítia, vel versútia diabólicae fráudis, omnis-
que spíritus immúndus, adjurátus per eum,
qui ventúrus est judicare vivos et mórtuos,
et saeculum per ignem.

℞. Amen.

OREMUS.

IMMENSAM clementiam tuam, omnipotens,
aetérne Deus, humíliter pétimus et im-
plorámus, ut hanc creaturam salis, quam
in usum géneris humáni tribuísti, bene † dí-

cere et sancti + ficare tua pietate digneris:
ut sit omnibus summentibus salus mentis et
corporis; et quidquid ex eo tactum, vel
respersum fuerit, careat omni immunditia,
omnique impugnatione spiritalis nequitiae.
Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Exorcismus aquae, et dicitur absolute:

EXORCIZO te creatura aquae, in nomine
Dei Pa + tris omnipotentis, et in no-
mine Jesu + Christi Filii eius Domini nostri,
et in virtute Spiritus + sancti, ut fias aqua
exorcizata ad effugandam omnem potesta-
tem inimici, et ipsum inimicum eradicare,
et explantare valeas cum Angelis suis apo-
staticis: per virtutem eiusdem Domini nostri
Jesu Christi, qui venturus est iudicare vivos
et mortuos et saeculum per ignem.

R. Amen.

OREMUS.

DEUS, qui ad salutem humani generis
maxima quaeque sacramenta in aquarum
substantia condidisti: adesto propitius
invocationibus nostris, et elemento huic
multimodis purificationibus preparato, vir-

tútem tuae bene † dictionis infúnde, ut creatúra tua mystériis tuis serviens ad abigendos daémones morbósque pelléndonos divinae grátiae sumat efféctum, ut quidquid in dómibus, vel in locis fidélium haec unda spérserit, cáreat omni immundítia, liberétur a noxa: non illic resídeat spíritus péstilens, non aura corrúmpens; discédant omnes insídiae laténtis inimíci: et si quid est, quod ut incolumitáti habitántium ínvidet aut quiéti, aspersione huius aquae effúgiat, ut salúbritas per invocatióem sancti tui nóminis expetíta ab ómnibus sit impugnationibus defénsa. Per Dóminum *etc.*

Hic mittat sal in aquam in modum crucis dicendo:

Commíxtio salis et aquae páriter fiat: in nómine Patris † et Fílii † et Spíritus † sancti.

R. Amen.

Ŷ. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DEUS, invíctae virtútis auctor, et insuperábilis impérii rex, ac semper ma-

gnificus triumphator: qui adversae dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis nevitiam superas, qui hostiles nequitas potenter expungnas: te Domine trementes et supplices deprecamur ac petimus, ut hanc creaturam salis et aquae dignanter aspicias. benignus illustres, pietatis tuae rore sanctifices, ut ubicumque fuerit aspersa, per invocationem sancti nominis tui, omnis infestatio immundi spiritus abigatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur, et praesentia sancti Spiritus, nobis misericordiam tuam poscentibus, ubique adesse dignetur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate eiusdem Spiritus sancti Deus *etc.* Amen.

Post benedictionem aquae, Sacerdos, Dominicis diebus, antequam incipiat Missam, facit aspersionem populi, ut habetur pag. 27.

Benedictio novae Crucis.

(NON SOLEMNIS).

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum et terram.

Ÿ. Dómine, exáudi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

OREMUS.

ROGAMUS te, Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus: ut dignéris bene † dícere hoc signum crucis tuae, ut sit remédium salutis géneri humano, sit solíditas fidei, proféctus bonórum operum, redéptio animárum; sit solámen et pro-téctio ac tutéla contra saeva jácula inimicórum. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

ALIA ORATIO AD IDEM.

BENE † DIC, Dómine Jesu Christe, hanc crucem tuam, per quam eripuísti mundum a potestáte daémonum, et superásti passióne suggestórem peccáti, qui gáudébat in praevaricatióne primi hóminis per ligni vétiti sumptiόnem. **Hic aspergat aqua benedicta.** Sanctificétur hoc signum crucis in nómine Patris † et Fílii † et Spírítus † sancti: ut orántes inclinántesque se, propter

Dóminum, ante istam crucem, invéniant
córporis et ánimae sanitátem. Per Christum
Dóminum nostrum. *R.* Amen.

*Postea Sacerdos genuflexus ante crucem
devote adorat et osculatur, quod idem fa-
ciunt quicumque voluerint.*

Benedictio Imaginum

JESU CHRISTI DOMINI NOSTRI, BEATAE MARIAE VIRG.
ET ALIORUM SANCTORUM.

R. Adjutórium nostrum in nómine Dó-
mini.

R. Qui fecit coelum et terram.

R. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

OREMUS.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui San-
ctórum tuórum imáginés (sive effígies)
sculpi, aut pingi non réprobas, ut quóties
illas óculis córporis intuémur, tóties eórum
actus et sanctitátem ad imitándum memó-
riae óculis meditémur: hanc, quaésumus,
imáginem (seu sculptúram), in honórem
et memóriam unigéniti Fílii tui Dómini

nostri Jesu Christi (**vel** beatíssimae Vírginis Maríae, matris Dómini nostri Jesu Christi, **vel** beati N. Apóstoli tui, **vel** Martyris, **vel** Confessóris, **aut** Pontíficis, **aut** Vírginis) adaptátam, bene † dicere, et sancti † ficáre dignéris: et praesta; ut quicumque coram illa unigénitum Fílium tuum (**vel** beatíssimam Vírginem, **vel** gloriósum Apóstolum, **sive** Mártirem, **sive** Confessórem, **aut** Vírginem) suppliciter cólere et honoráre studúerit, illius méritis et obténtu a te grátiam in praesénti, et aetérnam glóriam obtíneat in futúro. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Ultimo aspergat aqua benedicta.

Benedictio in Festo S. Blasii E. M.

V. Adjutórium nostrum etc.

R. Qui fecit coelum et terram.

V. Dómine, exáudi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

OMNIPOTENS et mitissime Deus, qui omnium mundi rerum diversitates solo Verbo creasti, et ad hominum reformationem illud idem Verbum, per quod facta sunt omnia, incarnari voluisti; qui magnus es et immensus, terribilis atque laudabilis, et faciens mirabilia, pro cuius fidei confessione gloriosus Martyr et Pontifex Blasius diversorum tormentorum genera non pavescens, martyrii palmam feliciter est adeptus: quique eidem, inter caeteras gratias, hanc praerogativam contulisti, ut quoscumque gutturis morbos, tua virtute curare posset; majestatem tuam suppliciter exoramus, ut non intuito nostri reatus, sed eius placatus meritis et precibus, hanc creaturam cerae bene + dicere, et sancti + ficare tua venerabili pietate digneris, tuam gratiam infundendo, ut omnes, quorum colla per eam bona fide tacta fuerint, a quocumque gutturis morbo, ipsius passionis meritis praeserventur, aut liberentur: et in Ecclesia tua sancta, sani et hilares tibi gratiarum referant actiones, et laudent

nomen tuum gloriósum, quod est benedíctum in saécula saeculórum. Per Dóminum etc. *¶*. Amen.

Deinde aspergantur cerei aqua benedicta.

BENEDICTIO GUTTURIS.

Per intercessiónem sancti Blásii, Epíscopi et Mártyris, líberet te Deus a malo gutturis, et a quolibet alio malo.

In nómine Patris, et Filii, et Spíritus sancti. Amen.

Benedictio

EXPLETO JEJUNIO QUADRAGESIMAE POST EPIPHANIAM.

Die 14 aut 15 Febr. sero, post refectiunculam gratiis persolutis, Superior in refectorio induit se superpelliceo et stola violacea, a sacrista jamjam praeparatis ibidem, et omnibus genuflexis dicitur alternatim

Psalmus 66.

DEUS misereátur nostri et benedícat nobis: * illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam: *
in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus: * confi-
teántur tibi pópuli omnes.

Laeténtur et exúltent gentes: * quóniam
iúdicas populos in aequitáte, et gentes in
terra dírgis.

Confiteántur tibi pópuli Deus, confiteán-
tur tibi pópuli omnes: * terra dedit fructum
suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, bene-
dícat nos Deus: * et métuant eum omnes
fines terrae.

Glória Patri *etc.*

Superior surgit et dicit:

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie,
eléison.

Pater noster, *secreto.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed libera nos a malo.

℣. Meménto Congregatiónis tuae.

℞. Quam possedísti ab inítio.

℣. Salvum fac pópulum tuum.

℞. Et benedíc haereditáti tuae.

℣. Benedícat et custódiat nos omnípotens
et miséricors Dóminus.

R̄. Amen.

V̄. Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix.

R̄. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

V̄. Signásti, Dómine, servum tuum Franciscum.

R̄. Signis redemptionis nostrae.

V̄. Dómine, exáudi orationem meam.

R̄. Et clamor meus ad te véniat.

V̄. Dóminus vobíscum.

R̄. Et cum spírítu tuo.

OREMUS.

DEVOTIONEM famíliæ tuæ, Dómine Jesu Christe, benígnus inténde, ut quæ se, ad tui imitationem, per abstinéntiam quadragínta diérum macerávit in corpore, per tuam grátiam et benedictionem reficiátur in mente. Qui vivis et regnas in saécula saeculórum.

R̄. Amen.

V̄. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R̄. Qui fecit coelum et terram.

V̄. Sit nomen Dómini benedíctum.

R̄. Et hoc nunc et usque in saéculum.

Per intercessionem beatissimae Dei Genitricis Mariae, et Seraphici Patris nostri Francisci, omniumque Sanctorum, copiosa descendat super nos Dei Patris omnipotentis et Filii eius Jesu Christi, et Spiritus sancti bene † dictio, et maneat semper.

℞. Amen.

Hinc Superior aqua benedicta ter aspergit fratres.

Benedictio Vini

IN FESTO S. JOANNIS EVANGELISTAE.

In festo huius sancti Apostoli, expleta Missa majore, hoc est post ultimum evangelium, retentis omnibus paramentis, excepto manipulo, vinum, a populo oblatum, in memoriam et honorem S. Joannis, qui venenum innocue sumpsit, benedicitur hoc modo:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℞. Qui fecit coelum et terram.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

OREMUS.

BENE † DICERE et conse † cráre dignéris,
Dómine Deus, délixera tua hunc cá-
licem vini et cuiúslíbet potus: et praesta;
ut per mérita sancti Joánnis Apóstoli et
Evangelístae, omnes in te credétes et de
cálice isto bibétes benedicántur et prote-
rántur. Et sicut beátus Joáñnes de cálice
bibens venénum, illaesus omníno permánsit,
ita omnes, hac die in honórem beáti Joán-
nis de cálice isto bibétes, ab omni aegri-
túdine venéni et nóxiis quibúsvís absol-
vántur, et córpore ac ánima se offerétes,
ab omni culpa liberétes. Per Christum
Dóminum nostrum.

℞. Amen.

Bene † dic, Dómine, hanc creatúram
potus: ut sit remédium salutáre ómnibus
suméntibus: et praesta per invocatióem
nóminis tui, ut quicúmque ex eo gustáverint
tam ánima, quam córporis sanitátem, te
donánte, percípiant. Per Christum Dómi-
num nostrum. ℞. Amen.

Concludendo:

Et benedictio Dei omnipotentis Pa + tris, et. Fí + lii, et Spíritus + sancti, descéndat super hanc creatúram vini et cujúslibet potus, et máneat semper. Amen.

Postremo aspergat aqua benedicta.

N.B. Quodsi benedictio illa fiat privatim extra Missam, Sacerdos, superpelliceo indutus et stola, eam conficiat modo supra tradito.

Benedictio habitus religiosi.

• V. Adjutorium nostrum etc.

• V. Dóminus vobiscum etc.

• • OREMUS.

DOMINE Jesu Christe, qui tegúmen nostrae mortalitátis indúere dignátus es: obsecrámus imménsam tuae largitátis abundántiam, ut hoc genus vestiménti, quod Ss. Patres ad innocéntiae et humilitátis indícium, abrenuntiántes huic saéculo ferre sanxérunt, ita bene + dicere,

et sancti † ficáre dignéris, ut fámulus tuus, qui hunc S. Religionis hábitum púle devotiónis afféctu gestáre inténdit, te intus veráciter induére mereátur. Qui vivis et .re-
gnas in saécula saeculórum. Amen.

Aspergatur aqua benedicta: si fuerint plures, dicatur in numero plurali.

Benedictio chordae.

- †. Adjutórium nostrum etc.
- ✠. Dóminus vobíscum.

OREMUS.

DEUS, qui ut servum redímeres, Fílium tuum per manus impiórum ligári voluísti; bene † díc, quaesumus, cingulum istud, et praesta, ut fámulus tuus, qui eo velut ligámine poenitentiáli sui córporis cingétur, vinculórum ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi perpétuo memor exístat, et in órdine quem assúpsit, perénniter perséveret, tuisque cum afféctu semper obsequiis se alligátum esse cognóscat. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Benedictio domus novae.

✠. Adjutórium nostrum **etc.**

✠. Dóminus vobíscum.

OREMUS.

TE Deum Patrem omnipoténtem suppliciter exorámus pro hac domo et habitatóribus eius ac rebus: ut eam bene † dicere et sancti † ficáre, ac bonis ómnibus ampliáre dignéris; tríbue eis, Dómine, de rore coeli abundántiam, et de pinguédine terrae vitae substántiam, et desidéria voti eórum ad afféctum tuae miseratiónis perdúcas. Ad introítum ergo nostrum bene † dicere et sancti † ficáre dignéris hanc domum, sicut benedícere dignátus es domum Abraham, Isaac et Jacob; et intra paríetes domus istíus Angeli tuae lucis inhábitent, eámque et eius habitatóres custódiant. Per Christum Dóminum nostrum.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio loci.

Ÿ. Adjutórium nostrum etc.

Ÿ. Dómine exáudi etc.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

OREMUS.

BENEDIC † Dómine, Deus omnipotens, locum istum (domum istam): ut sit in eo (in ea) sánitas, cástitas, victória, virtus, humílitas, bónitas et mansuetúdo, plenitúdo regis et gratiárum áctio Deo Patri et Fílio et Spíritui sancto; et haec benedíctio máneat super hunc locum (hanc domum) et super habitántes in eo (in ea) nunc et in saécula saeculórum.

Ÿ. Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

Benedictio candelarum

EXTRA DIEM PURIFICATIONIS B. MARIAE VIRGINIS.

Ÿ. Adjutórium nostrum etc.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

OREMUS.

DOMINE Jesu Christe, Fili Dei vivi, bene † dícere dignéris candélas istas

supplicationibus nostris: infunde eis, Domine, per virtutem sanctae cru + cis benedictionem coelestem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti; talisque benedictionem signaculo sanctae cru + cis accipiant, ut quibuscumque locis accensae fuerint, sive positae, discendant principes tenebrarum et contremiscant, et fugiant pavidi, cum omnibus ministris suis ab habitationibus illis, nec praesumant amplius inquietare, aut molestare servientes tibi omnipotenti Deo: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. *R.* Amen.

Postea aspergantur aqua benedicta.

Benedictio adulti aegrotantis.

Sacerdos cubiculum aegrotantis ingrediens dicat:

Ÿ. Pax huic domui.

R. Et omnibus habitantibus in ea.

Et continuo accedens ad infirmum subjungat:

Ÿ. Adjutorium nostrum etc.

Ÿ. Domine exaudi etc.

Ÿ. Dominus vobiscum.

OREMUS.

INTROEAT, (quaesumus) Domine Jesu Christe, domum hanc sub nostrae humilitatis ingressu, aeterna felicitas, divina prosperitas, serena laetitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna; effugiat ex hoc loco accessus daemonum: adsint Angeli pacis: domumque hanc deserat effugata discordia. Magnifica, Domine, super nos nomen sanctum tuum, bene + dic conversationi nostrae, sanctifica nostrae humilitatis ingressum; qui sanctus et pius es, et permanens cum Patre et Spiritu sancto in saecula saeculorum. **R.** Amen.

OREMUS.

RESPICE, Domine, famulum tuum fratrem nostrum (ancillam tuam, sororem nostram), in infirmitate sui corporis laborantem: et animam refove, quam creasti: ut castigationibus emendatus (emendata) continuo se sentiat tua medicina salvatum (salvatum). Per Christum Dominum nostrum **R.** Amen.

OREMUS.

MISERICORS Dómine, consolátor fidē-
lium, quaesumus imménsam pietátem
tuam, ut ad introítum humilitátis nostrae
hunc fámulum tuum (hanc fámulam tuam,
sorórem nostram) super lectum doloris sui
jacéntem, visitáre digneris, sicut socrum
Simónis visitásti: propítius adesto ei, Dó-
mine, quátenus prístina sanitáte percépta,
gratiárum tibi in Ecclésia réferat acciónem.
Qui vivis et regnas Deus in saécula saecu-
lórum. **R.** Amen.

**Dein extendens manum versus caput
aegroti dicat:**

Dóminus Jesus Christus apud te sit, ut
te defendat: intra te sit, ut te consérvet:
ante te sit, ut te dedúcat: post te sit, ut
te custódiat: super te sit, ut te bene † dí-
cat: qui cum Patre et Spíritu sancto vivit
et regnat in saécula saeculórum.

R. Amen.

Benedíctio Dei omnipoténtis Pa † tris, et
Fílii et Spíritus sancti descéndat super te,
et máneat semper. Amen.

Benedictio infantis.

Ÿ. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℞. Qui fecit coelum et terram.

Ÿ. Deus noster miserétur.

℞. Custódiens párvulos Dóminus.

Ÿ. Dómine exáudi etc.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

OREMUS.

DOMINE Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ante ómnia saécula génius, in tēpore tamen infans esse voluísti, et huius aetátis díligis innocéntiam: qui párvulos tibi oblátos amánter compléxus es, iisque benedixísti: infántem istum praéveni in benedictiónibus dulcédinis et praesta, ne malítia mutet eius intelléctum, eíque concéde, ut profíciens aetáte, sapiéntia et grátia, tibi semper placére váleat. Qui vivis et regnas cum Dei Patre in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia saécula saeculórum.

℞. Amen.

• Deinde infantem aspergat aqua benedicta in modum crucis, dicens:

Pax et benedictio Dei omnipotentis Patris + et Filii, et Spiritus sancti, descendat super te, et maneat semper. *R.* Amen.

Si fuerint plures, Oratio et benedictio fiant in numero plurali.

Benedictio puerorum aegrotantium.

Sacerdos, infirmi cubiculum ingrediens, primum dicat:

℟. Pax huic domui.

℞. Et omnibus habitantibus in ea.

Mox infirmum et lectum eius et cubiculum aspergat nihil dicens.

Deinde dicere poterit supra infirmum

Psalmum 112.

LAUDATE pueri Dominum, * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, * ex hoc nunc, et usque in saeculum.

A solis ortu usque ad occasum, * laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super coelos gloria eius.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in

altis hábitat, * et humília respicit in coelo
et in terra?

Súscitans a terra ínopem, * et de stér-
core érigens páuperem.

Ut cóllocet cum princípibus, * cum prin-
cípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, *
matrem filiórum laetántem.

Glória Patri *etc.* Sicut erat *etc.*

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie,
eléison.

☩ Pater noster.

☩. Et ne nos indúcas in tentationem.

℞. Sed líbera nos a malo.

☩. Deus noster miserétur.

℞. Custódiens párvulos Dóminus.

☩. Sínite párvulos veníre ad me.

℞. Tálium est enim regnum coelórum.

☩. Dómine exaúdi *etc.*

☩. Dóminus vobíscum.

OREMUS.

DEUS, cui cuncta adoléscent, et per
quem adúlta firmántur: exténde dex-
teram tuam super hunc fámulum tuum
(fámulam tuam) in ténera aetáte languén-

tem: quatenus vigore sanitatis recepto ad annorum perveniat plenitudinem, et tibi fidele gratumque obsequium indesinenter praestet omnibus diebus vitae suae. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat etc. R. Amen.

OREMUS.

PATER misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui creaturae tuae multiplici consulens pietate, non solum animae, sed ipsi corpori orationis gratiam benignus infundis: hunc parvulum infirmum (hanc parvulam infirmam) a lecto aegritudinis erigere et Ecclesiae tuae sanctae suisque parentibus incolumem restituere digneris; ut cunctis prolongatae sibi vitae diebus, gratia et sapientia coram te et hominibus proficiens, in iustitia et sanctitate tibi serviat et debitas misericordiae tuae referat gratiarum actiones. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

OREMUS.

DEUS, qui miro ordine Angelorum ministeria hominumque dispensas: con-

cède propítius, ut a quíbus tibi ministrantibus in coelo semper assístitur, ab his in terra vita huius púeri (púellae) muniátur. Per Christum Dóminum nostrum.

℞. Amen.

Quibus Orationibus completis, dexteram imponat super caput infirmi dicens:

Super aégros manus impónent, et bene habébunt, Jesus, Maríae Fílius, mundi salus et Dóminus, méritis et intercessióne sanctorum Apostolorum suorum Petri et Páuli, et ómnium Sanctorum, sit tibi clemens et propítius. Amen.

Quod sequitur evangelium, pro temporis opportunitate et pro aegrotantis pueri parentum desiderio Sacerdotis arbitrio dici potest:

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spíritu tuo. • •

Inítium sancti Evangélii secúndum Joánem.

℞. Glória tibi Dómine.

Dum Sacerdos dicit Inítium, fácit signum crucis de more super se in fronte, ore et pectore, similiter super puerum, si non potest se signare.

IN principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, et vita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehendunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis: et vidimus gloriam eius, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis. **R.** Deo gratias.

Postea benedicens puerum infirmum, subjungat dicens:

Benedictio Dei omnipotentis: Patris + et Filii et Spiritus sancti, descendat super te, et maneat semper.

℞. Amen.

Deinde aspergat eum aqua benedicta.

Si fuerint plures infirmi in eodem cubiculo vel loco, Orationes et benedictiones praedictae dicuntur in numero plurali.

**Benedictio mulieris praegnantis
in periculis partus.**

℥. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℞. Qui fecit coelum et terram.

℥. Salvam fac ancillam tuam.

℞. Deus meus, sperantem in te.

℥. Esto illi, Domine, turris fortitudinis.

℞. A facie inimici.

℥. Nihil proficiat inimicus in ea.

℞. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

℥. Mitte ei, Domine, auxilium de Sancto.

R. Et de Sion tuere eam.

Y. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

OMNIPOTENS sempiterno Deus, qui dedisti famulis tuis, in confessione verae fidei, aeternae Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia majestatis adorare unitatem: quaesumus, ut eiusdem fidei firmitate, haec famula tua ab omnibus semper muniatur adversis, per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

• OREMUS.

DOMINE Deus, omnium Creator, fortis et terribilis, justus et misericors: qui solus bonus et pius es; qui de omni malo liberas Israel; qui electos Patres munere Spiritus tui sanctificasti; qui gloriosae Virginis Matris Mariae corpus et animam, ut dignum Filii tui habitaculum esse mereretur, Spiritu sancto cooperante praeparasti, qui Joannem Baptistam Spiritu sancto re-

pléri, et in útero matris exultáre fecisti: áccipe sacrificium cordis contríti, ac fervens desidérium fámulae tuae N. humíliter supplicántis pro conservatióne prolis débilis, quam ei dedísti concípere, et custódi partem tuam, et ab omni dolo et injúria duri hostis defénde, ut obstetricánte manu misericórdiae tuae foetus eius ad lucem prospere véniat, ac sanctae generatióni servétur, tibi que in ómnibus júgiter desérviat, et vitam cónsequi mereátur aetérnam. Per eúdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat *etc.*

R. Amen.

Dein mulier aspergatur aqua benedicta et interim dicatur Psalmus 66. Deus misereátur nostri etc. (pag. 178).

V. Benedicámus Patrem et Fílium cum sancto Spíritu.

R. Laudémus et superexaltémus eum in saécula.

V. Angelis suis Deus mandávit de te.

R. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

V. Dómine, exáudi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Benedictio olei simplicis.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℞. Qui fecit coelum et terram.

Exorcismus.

Exorcizo te, creatura olei, per Deum Patrem † omnipotentem, qui fecit coelum et terram, mare et omnia, quae in eis sunt. Omnis virtus adversarii, omnis exercitus diaboli et omnis incursus, omne phantasma satanae eradicare, et effugare ab hac creatura olei, ut fiat omnibus, qui eo usuri sunt, salus mentis et corporis, in nomine Dei † Patris omnipotentis, et Jesu † Christi Filii eius, Domini nostri, et Spiritus † sancti Paracliti, et in charitate eiusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.

℞. Amen.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

— 204 —
OREMUS.

DOMINE Deus omnipotens, cui astat exercitus Angelorum cum tremore, quorum servitium spirituale cognoscitur; dignare respicere, et bene † dicere, et sancti † ficare hanc creaturam olei, quam ex olivarum succo eduxisti, et ex eo infirmos inungi mandasti, quatenus sanitate percépta, tibi Deo vivo et vero grátias ágerent; praesta quaesumus: ut hi, qui hoc oleo, quod in tuo Nómine bene † dicimus, usi fuerint, ab omni languore, omnique infirmitate, atque cunctis insidiis inimici liberentur, et cunctae adversitates separentur a plásmate tuo, quod pretioso sanguíne Fílii tui redemisti, ut nunquam laedatur a morsu serpentis antiqui: Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum. etc.

Aspergat oleum aqua benedicta.

Benedictio panis.

Ÿ. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit coelum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

OREMUS.

DOMINE Jesu Christe, panis Angelórum, panis vivus vitae aetérnae, bene † dicere dignáre panem istum, sicut benedixisti quinque panes in desérto: ut omnes ex eo gustántes, inde córporis et ánimae percípiant sanitátem. Qui vivis *etc.*

℞. Amen.

Aspergat aqua benedicta.

Benedictio cuiuscumque medicinae.

℣. Adjutórium nostrum *etc.*

℣. Dóminus *etc.*

• OREMUS.

DEUS, qui mirábiliter hómínem creásti, et mirábilíus reformásti, qui váriis infirmitátibus, quibus detinétur humána mortalitas, múltiplici reméδιο succúrrere dignátus es: propítius esto invocatióibus nostris, et sanctam tuam de coelis bene † di-

ctiōnem super hanc medicīnam infunde;
ut ille, qui eam sumpserit (hi qui eam sumpserint) sanitātem mentis et cōporis percipere mereātur (mereāntur). Per Christum Dōminum nostrum.

℞. Amen.

Et non aspergat aqua benedicta medicinam.

Benedictio ad omnia.

Haec benedictionis formula adhiberi potest a quovis Sacerdote pro omnibus rebus, de quibus specialis benedictio non habetur in Rituali Romano.

℣. Adjutorium etc.

℣. Dōminus etc.

OREMUS.

DEUS, cuius verbo sanctificāntur omnia, benedictiōnem tuam effunde super creaturam istam (creaturas istas): et praesta, ut quisquis ea (eis) secūndum legem et voluntātem tuam cum gratiārum actiōne usus fuerit (usi fuerint) per invocatiōnem sanctis-

sini Nominis tui, corporis sanitatem et animae tutelam, te auctore, percipiat (percipiant). Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Deinde Sacerdos aspergit aqua benedicta.

Benedictio communis

SUPER FRUGES ET VINEAS.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit coelum et terram.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

ORAMUS pietatem tuam, omnipotens Deus, ut has primitias creaturae tuae, quas aëris et pluviae temperamento nutrire dignatus es, benedictionis tuae imbre perfundas, et fructus terrae tuae usque ad maturitatem perducas. Tribue quoque populo tuo, de tuis muneribus tibi semper gratias

ágere; ut a fertilitate terrae esuriéntium
ánimas bonis ómnibus affluéntibus répleas,
et egenus et páuper láudent nomen glóriae
tuae. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Aspergat illas aqua benedícta.

Benedictio animalium

PESTE, VEL GRAVI INFIRMITATE VEXATORUM.

V. Adjutórium nostrum etc.

R. Qui fecit coelum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

MISERICORDIAM tuam, Dómine, suppli-
ces exorámus, ut haec animália, quae
gravi infirmitate vexántur, in nómine at-
que tuae bene † dictionis virtute sanentur.
Extinguátur in eis omnis diabólica poté-
stas, ne ultérior aegrotent; tu eis, Dómine,
sis sustentáculum vitae et remédium sani-
tátis. Per Dóminum nostrum Jesum Chri-

strum Fílium tuum : qui tecum vivit *etc.*

R. Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

Benedictio stabuli,

EQUORUM, BOUM ET ALIORUM ARMENTORUM.

V. Adjutorium nostrum *etc.*

R. Dóminus *etc.*

OREMUS.

DOMINE Deus omnípotens, qui Fílium tuum unigénitum, Redemptórem nostrum, in stábulo nasci et inter duo animalia in praesépio collocári voluísti: bene t̄ dic, quaesumus, hoc stábulum, et defénde illud ab omni nequítia, vel versútia diabólicae fráudis; ut juméntis, pecóribus, ceterisque animántibus efficiátur locus sanus, et ab omni impugnatione secúrus. Et quoniam cognóvit bos possessórem suum et ásinus praesépe dóm̄ini sui: misericórditer tribue fámulis tuis, quos ad imáginem tuam creásti, paulo minus ab Angelis minuísti, et sub quorum pédibus subjecísti oves et

boves universas, insuper et pecora campi, ne comparentur jumentis insipientibus, et ne fiant sicut equus et mulus, quibus non est intellectus; sed te solum Deum, auctorem bonorum omnium, agnoscant et in servitio tuo fideles perseverent, quatenus de perceptis muneribus tibi gratias exhibentes, beneficia potiora percipere mereantur. Per eundem Christum Dominum nostrum.

℞. Amen.

Deinde, si tunc in stabulo congregata fuerint animalia, addere poterit Sacerdos sequentes Orationes :

OREMUS.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, qui gloriosum beatum Antonium, variis tentationibus probatum, inter mundi huius turbines illaesum abire fecisti: concede famulis tuis; ut et praeclaro ipsius proficiamus exemplo, et a praesentis vitae periculis, eius meritis et intercessione liberemur. Per Christum Dominum nostrum.

℞. Amen.

— 211 —
OREMUS.

Bene † dictionem tuam, Dómine, haec animália accípiant: qua corpore salvéntur et ab omni malo per intercessionem beáti Antónii liberéntur. Per Christum Dóminum nostrum.

℞. Amen.

Deinde aspergantur aqua benedicta.

Benedictio tempestatis.

PRECES AD REPELLENDAM TEMPESTATEM

EX TIT. DE PROCESSIONIBUS.

Pulsentur campanae, et qui adesse possunt, in ecclesia convocatis, dicuntur Lytaniae majores ut pag. 5, in quibus bis dicitur: A fulgure et tempestate etc. et post Lytaniae et Orationem dominicam dicitur:

PSALMUS 147.

Láuda Jerúsalem Dóminum; *láuda Deum tuum Sion.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum: * benedíxit filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem: * et ádipe
fruménti sátiat te.

Qui emíttit eloquíum suum terrae: * veló-
citer currit sermo eius.

Qui dat nivem, sicut lanam: * nébulam
sicut cínerem spargit.

Mittit crystállum suam, sicut buccéllas: *
ante fáciem frígoris eius quis sustinébit?

Emíttet verbum suum et liquefáciét ea: *
flabit spíritus eius et fluent aquae.

Qui annúnciat verbum suum Jacob: *
justítias et judícia sua Israél.

Non fecit táliter omni nátióni: * et ju-
dícia sua non manifestávit eis.

Glória Patri.

Ÿ. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℞. Qui fecit coelum et terram.

Ÿ. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam
tuam.

℞. Et salutáre tuum da nobis.

Ÿ. Adjuva nos, Deus salutáris, noster.

℞. Et propter glóriam nóminis tui, Dó-
mine, líbera nos.

Ÿ. Nihil proficiat inimícus in nobis.

℞. Et fílius iniquitátis non appónat nocére
nobis.

Ŷ. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos.

R. Quemádmódum sperávimus in te.

Ŷ. Salvum fac pópulum tuum, Dómine.

R. Et benedíc haereditáti tuae.

Ŷ. Non privábis bonis eos, qui ámbulant in innocéntia.

R. Dómine Deus virtútum, beátus homo, qui sperat in te.

Ŷ. Dómine, exáudi oratióem meam.

Ŷ. Dóminus vobíscum.

OREMUS.

D EUS, qui culpa offénderis, poeniténtia placáris: preces pópuli tui supplicántis própítius réspice: et flagélla iracúndiae tuae, quae pro peccátis nostris merémur, avérte.

A domo tua, quaesumus, Dómine, spirituáles nequítae repellántur, et aërearum discédát málígnitas tempestátum.

Omnípotens sempitérne Deus, parce metuéntibus, propitiáre supplicibus: ut post sopítos núbium ímpetus in matériam láudis tránseat comminátio tempestátis.

Dómine Jesu Christe, qui imperásti ventis et mari, et facta fuit tranquíllitas magna:

exáudi preces famíliæ tuæ et præsta, ut hoc signo sanctæ crucis † omnis discédât sævítia tempestátum.

Omnípotens et miséricors Deus, qui nos et castigándo sanas, et ignoscéndo consérvas: præsta supplicibus tuis: ut et tranquillitátibus huius optátæ consolatiónis laetémur, et dono tuæ pietátis semper utámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum *etc.*

Aspergatur aqua benedicta.

IMPRIMATUR :

Fr. ALBERTUS LEPIDI O. P. S. P. A. *Magister.*
JOSEPH CEPPETELLI, Archiepiscopus Myrensis, *Vicesger.*

INDEX

Praefatiuncula pag. 3

PARS I.

PRECES ET ORATIONES COMMUNES.

Litaniae omnium Sanctorum	pag.	5
Litaniae SS. Nominis Jesu	»	16
Litaniae de Sacro Corde Jesu	»	20
Litaniae Lauretanae	»	24
Ad aspersionem aquae benedictae.	»	27
In expositionibus SS. Sacramenti per annum fieri solitis	»	29
In solempni gratiarum actione	»	31
Absolutio generalis pro Regularibus	»	34
Benedictio pro Tertiariis saecularibus	»	37
Oratio Papae Urbani VIII	»	40
Antiphona et Oratio contra luem contagiosam.	»	43
Antiphona et Oratio ad S. Rochum contra luem contagiosam	»	45

PARS II.

FUNCTIONES SACRAE.

I. *Functiones sacrae in aliquibus festis
per annum observandae.*

In Purificatione B. M. V	pag. 47
In Dominica Palmarum	» 49
In Feria V Coenae Domini	» 54
Ad denudationem altarium	» 55
In Feria VI Parasceve, Improperia	» 59
Ad Processionem	» 65
In Rogationibus	» 67
In festo Portiunculae	» 68
In transitu S. P. N. Francisci	» 72
In die commemorationis omnium Fratrum nostrorum defunctorum	» 75
In die commemorationis omnium Fidelium defunctorum	» 81

II. *Functiones sacrae in Ordine propriae.*

In admissione et receptione ad Ordinem nostrum. In ritu admittendi ad habitum.	pag. 87
In scrutinio de Novitiis	» 97
In recipiendo Novitium ad professionem	» 99
In renovatione sacrae professionis die 6 Ja- nuarii	» 106
In renovatione s. professionis, occasione Ju- bilaei	» 114

In receptione Praelatorum in Ordine nostro.	
In receptione Praelati seu Legati . . .	pag. 119
In receptione et visitatione P. Ministri Generalis	» 122
In celebratione Capitulum nostrorum. In celebratione Capituli Generalis	» 126
In celebratione Capituli Provincialis . . .	» 131
In administrandis Sacramentis moribundorum. In administrando S. Communionem.	» 132
In administrando Extremam Unctionem .	» 135
Apostolica Benedictio in articulo mortis impertienda	» 142
In depositione Confratrum nostrorum seu Exequiis	» 145
In Exequiis absente corpore defuncti, seu in die tertio, septimo, trigesimo et anniversario	» 152

PARS III.

BENEDICTIONES.

I. *Benedictiones reservatae.*

Benedictiones sacerdotalium indumentorum generatim	pag. 155
Benedictio specialis cuiuslibet indumenti .	» 158
Benedictio mapparum sive linteaminum altaris	» 159
Benedictio Corporalium et Purificatoriorum.	» 160

Benedictio Tabernaculi seu Vasculi pro sa-
 crosancta Eucharistia pag. 162
 Methodus pro erigenda Via Crucis » 163

II. *Benedictiones communes.*

Ordo ad faciendam Aquam benedictam pag. 169
 Benedictio novae Crucis (non solemnis) » 173
 Benedictio Imaginum » 175
 Benedictio in festo S. Blasii E. M. » 176
 Benedictio expleto jejunio Quadragesimae
 post Epiphaniam » 178
 Benedictio vini in festo S. Joannis Evange-
 listae » 181
 Benedictio habitus religiosi » 183
 Benedictio chordae » 184
 Benedictio domus novae » 185
 Benedictio loci » 186
 Benedictio candelarum extra diem Purifica-
 tionis B. Mariae Virginis. » ib.
 Benedictio adulti aegrotantis » 187
 Benedictio infantis. » 190
 Benedictio puerorum aegrotantium. » 191
 Benedictio mulieris praegnantis in periculis
 partus » 196
 Benedictio mulieris post partum » 199
 Benedictio olei simplicis » 203
 Benedictio panis » 204
 Benedictio cujuscumque medicinae » 205

Benedictio ad omnia	pag. 206
Benedictio communis super fruges et vineas.	» 207
Benedictio animalium peste, vel gravi infirmitate vexatorum	» 208
Benedictio stabuli	» 209
Benedictio tempestatis.	» 211
